¶ Tunc pono primam conclusionem. scilicet q̄ impossibile est motore sufficienter applicato mobili esse motum sine resistentia q̄ si non est successio. scilicet pars post partem et non tota simul acquiritur dispositio secundum quā innatus est esse motus non est motus sed mutatio in statum scilicet non est talis successio nisi resistentia sit et distinetur ergo tunc nec obstat si deus sit resistentia moueat successio q̄ non est determinatio ad talem successione nisi per voluntatem liberā. Sed et hoc est exclusum a proposito. ¶ Secunda conclusio sequitur q̄ necesse est in omni motu naturali gravis deorsum esse resistentiam motori hec sequitur ex precedente conclusione q̄ omnis talis motus est successio et non est mutatio instantanea. ¶ Tertia conclusio est q̄ in talibus motibus materia prima non resistit motori quia materia prima vel ad nullum locum inclinatur et ad nullam dispositionem vel si passus dicatur habere inclinationes et appetitum tamen indifferenter habet inclinationes ad illud q̄ motor intendit sicut ad oppositum ideo q̄ta esset eius inclinatio illa non prohiberet quā motor moueret et hoc non vocamus resistentiam. Resistentia enim est inclinatio per modum actus. scilicet determinata ad unum ita q̄ non ad oppositum et ad aliud cuius oppositum motor intendit et talis inclinatio non conuenit materie quia indifferens est omni forme vel dispositioni possibili inesse rebus naturalibus. ¶ Quarta conclusio est q̄ simpliciter graui nichil est intrinsecum q̄ resistat motori mouenti ipsum graue natura deorsum et voco illud pure et simpliciter graue q̄ nullum habet gradū leuitatis q̄ta patet q̄ motor illius gravis est sua gravitas et forte cum hoc sua forma substantialis intendes locum deorsum et non resistunt sibi ipsis nec materia etiam resistit ut dictum est nec sunt accidentia que etiam resistunt quia nullus est accidens q̄ inclinatur ad oppositum locum nisi illud sit leuitas vel aliquis gradus leuitatis. ¶ Quinta conclusio est q̄ in motu naturali simpliciter grauis deorsum medium per q̄ ipsum mouetur resistit motori hoc apparet quia q̄to medius est densius tanto est tardior motus et si est tardior hoc est propter maiorem resistentiam ergo medium resistit. ¶ Item terre pulverulente videmus partes ita paruas existere sursum in aere q̄ non mouentur deorsum vel valde tarde mouentur nisi essent simpliciter graues et q̄ grauitas sua sit motor intendens locum deorsum et non potest reddi causa quare sic tarde mouentur vel forte nō mouentur nisi ex eo q̄ aer in quo sunt vel per quem innate sunt moueri resistit et q̄ potentia motiva earum vel non superat resistentiam vel in valde parua portione superat propter illarum par-

tium nimiam paruitatem. ¶ Item in tali motu est resistentia ut dicitur secunda conclusio et non ex aliquo q̄ sit in ipso graui ut dicitur quinta conclusio et non apparet q̄ extrinsecum possit magis resistere q̄ medius q̄ oportet diuidi ergo ipsum resistit. ¶ Sed contra hanc conclusionem obicitur quia medium non inclinatur ad oppositum eius q̄ motor intendit ergo non resistit cōsequentia patet ex prius dictis antecedens probatur quia si aqua descendit per aerem sicut grauitas mouens aquam inclinatur ad esse sub aere ita leuitas aeris inclinatur ad esse supra aquam ideo aer in aqua existens ascenderet et aqua in aere existens descenderet et hec inclinationes non repugnant sibi inuicem sed consonant. ¶ Solutio dico q̄ licet dicte inclinationes nō repugnant sed consonant tamen est alia inclinatio. scilicet q̄ unum q̄ corpus naturale appetit suam continuationem q̄ virtus unita est fortiori seipsa dispersa grauitas autem non potest descendere nisi diuidendo medium ideo inclinatur ad diuisionem mediū et hūc inclinationi resistit inclinatio mediū ad sui continuationem. Et iterum si est aer sub aqua et aqua supra aerem aqua inclinatur ad descensum per viam rectam quia illa est breuior et aer inclinatur ad ascensum etiam per viam rectā et hec non possunt fieri quia non est possibilis penetratio corporum ideo sic resistunt sibi inuicem et oportet unam eorum diuidi vel lateraliter moueri per viā obliquam et sic est resistentia. ¶ Tandem sic circa hoc notandum q̄ aliqui propter modum huius tactum ponant in motu naturali grauis deorsum resistentiam intrinsecam videlicet q̄ ponatur grossus lapis descendens omnes partes eius tendunt ad centrum secundum rectā viam et extreme partes laterales non possunt recedere ad centrum secundum rectam viam partibus mediis prohibentibus id videtur q̄ partes grauis habeant similitudinem q̄dam prohibitionem vel resistentiam contra inclinationem eorum ad centrum et hoc videtur esse contra quintam conclusionem prius positam. Sed michi videtur respondendum supponendo q̄ nichil est centrum vel mediū mundi q̄ sit res indiuisibilis sicut imaginaretur punctus in linea imo centrum vel mediū mundi est res magna longa lata et profundā ut totalis terra vel aliqua pars q̄tatis ipsius nec loci cui est inferius et summe deorsum est medius mundi imo est continens medium mundi et ideo etiam la- pis motus deorsum non intendit nec inclinatur ad mediam mundi indiuisibilem imo si non esset aliq̄ graue nisi iste lapis sed q̄ totum esset aer ubi nunc sunt terra et aqua iste lapis inclinaretur et moueretur ad hoc q̄ fieret medium mundi et ad hoc et nō ad aliud omnes partes eius simul tenderent et inclinarent et tandem ille lapis fieret medium mundi nec ad hoc partes eius impedirent se inuicem. ¶ Item totus ille lapis simul moueretur multo velocius q̄ moueretur vna pars eius deorsum ergo non impediunt nec retardant se ad inuicem sed potius suauit et velocitant. ¶ Item ad hoc oportet imaginari q̄ aliquis magne aque continetur vna pars respectu alterius partis non appetit esse inferius si sint equalis gradus in leuitate grauitate et id si nauta descendit ad fūdū maris ubi habeat super hūeros centum dolia aque ipse nō fecit grauedinem illius aque q̄ illa aqua que est supra ipsū nō inclinatur

ad amplius esse deorsum sed respectu aeris inclinaretur si aer esset inferior. Et iterum quis aqua non esset in suo loco naturali sed multum alte in vase ut in cacumi turris beate marie tamen vna pars respectu alterius non inclinaretur ad esse deorsum ut si aliquis esset ibi in balneo et haberet tibiam suam in fundo ita q̄ supra eam esset magna quantitas aque quam ipse in aere non posset portare tamē non sentiret pondus illius aque. scilicet q̄ illa aqua in respectu aque inferioris vel circumstantis non trahit nec inclinatur ad esse inferius licet totalis aqua cum vase respectu aeris inferioris vel circumstantis inclinaretur ad esse inferius sic ergo ego dico de totali terra que non est medium mundi q̄ nō dū solum pars eius media quiescit naturaliter imo etiam partes eius extreme nec amplius habent inclinationem ad punctum mediū q̄ imaginatur esse centrum. Et ita etiam credendum est q̄ si totalis terra esset nunc eleuata simul vsq̄ ad orbem lune ipsa non tenderet ad punctum q̄ imaginatur esse centrum imo ipsa et omnes partes eius simul tenderent ad hoc q̄ illa totalis esset medium mundi et ita ipsa et omnes partes eius vna inclinatione continua tenderet ut mouerentur per viam rectam ad occupandum tantum locum ab eis hoc q̄ pars media et partes extreme inclinantur alio modo vel resisterent contra inuicem. ¶ Tunc iterum pono sextam conclusionem. scilicet q̄ aliquando in motu naturali grauis deorsum est aliud resistens a medio per q̄ ipsum mouetur et hoc primo apparet rudi exemplo. scilicet q̄ plumbū in horologio descendit continue et naturaliter per suam grauitatem intrinsecā et tamen plus resistit corda ad quam pēdet q̄ mediū per q̄ descendit si etiam patet sine artificio. Si enim lapis descendit in aere oportet aerem inferiorem diuidi et cedere et fieri q̄dam violentiam cōdensationē ut post videbitur ita oportet aerem superiorem consequi ad replendum locū a quo ille lapis recedit q̄ non potest esse fine aliqua diuisione vel distractione partū aeris superiores vel circumstantis contra quā distractio nem aer ille superius habet inclinationem q̄ dictū est q̄ habet naturaliter inclinationem ad permanendum in sua cōiunctione et oportet etiam in aere superiori fieri quandā violentā rarefactionē ut dicetur post ad cuius oppositum aer naturaliter inclinatur et ita aer superior per huiusmodi inclinationes resistit alicui ter. ¶ Dico de puro et simpliciter graui et leui dicendum est de aliis grauibz et leuibz et oportet hic aliquid supponere ex libro celi et mundi ex quarto et ex illis que in isto quarto debent declarari et probari ego suppono q̄ si esset aqua pura et in dispositione sibi convenientissima qualitas secundum quam inclinaretur ad essendum sub aere et supra terrā esset ita simplex sicut qualitas terre pure que inclinaretur ad esse in infimo loco elementorum et hoc est ita intelligendum q̄ licet in tepido sit gradus alterius rationis q̄ tepidum remitteret frigidissimum et alterius rationis quo remitteret calidissimum q̄ ille est gradus caliditatis et iste est gradus frigiditatis tamen non sic esset in proposito imo eadem qualitas omnino et secundum eundem gradum omne ipsum moueret aquam deorsum si esset in aere et sursum si esset in terra et resisteret motui sursum vel deorsum si esset intermedia seu loco naturali

et ita de aere q̄tum ad esse in medio aque et aeris et q̄tum ad moueri superius si esset in aqua et inferius si esset in igne hec non probō hic sed suppono tanq̄ pbanda in secundo celi et mundi. Deinde etiam suppono et eodem quarto celi et mundi et etiam ex primo et ex libro de generatione q̄ mixtum put participata liquo modo qualitates naturales elementorum vel alios quos gradus eorum participat enim aliquid de caliditate ratione ignis et aeris et aliquid de frigiditate ratione terre et aque et ita etiam participat aliquid de leuitate et aliquid de grauitate et ita qualitas gravis vel leuis mixti motiva ipsius secundum locum non est simplex sicut erant qualitates elementorum sed composita ex partibus et gradibus diuersarum rationum et inclinantibus ad diuersa loca. Illis visis pono conclusiones. ¶ Prima conclusio est q̄ cum aer existens in aqua ascendit et existens in igne descendit ille aer in tali motu nullam habet resistentiam intrinsecam q̄ non per materiam ut dictum fuit nec per formam q̄ illa inclinatur ad esse supra aquam et sic ad ascendendum et ad esse sub igne et sic ad descendendum nec per qualitatem motiuam ipsius participatione ipsa enim tota est et quilibet gradus eius inclinatur ad esse sub igne et supra aquam et nullus dicit q̄ sit resistentia per alias qualitates naturales ipsius aeris et similiter diceretur de aqua que naturaliter ascenderet in terra et descenderet in aere dico enim bene q̄ si esset aqua in terra ascenderet naturaliter si terra circumstantis esset fluidibilis ut facilliter posset moueri ad replendum locum a quo illa aqua ascenderet. ¶ Secunda conclusio est q̄ graue mixtum si esset in igne descenderet naturaliter et non haberet resistentiam intrinsecam quia non haberet ex ratione aeris aque vel terre vel participationis suarum qualitatum quia hec omnia inclinatur ad esse sub igne et sic inclinatur ad descendendum non ergo resistentiam descensui. Sed etiam nec esset resistentia ratione ignis vel qualitatis q̄ ratione ignis illud mixtum participat quia illa qualitas in igne et respectu partium ignis circumstantium nec inclinatur ad esse superius nec ad esse inferius unde omnino satiatus est appetitus ipsius ignis ad esse in loco naturali sine sit superius siue inferius dum tamen sit supra aerem et q̄ non habeat supra aliquid grauius se omnino nulla est resistentia ex parte illius q̄ dū est in sphaera ignis licet ex parte eius bene esset resistentia quando egeret a sphaera ignis et proportionabiliter etiam de poni q̄ graue vel leue mixtum cū existit in terra ascenderet nulla esset resistentia intrinseca donec exiret terrā hoc appropinquationabilis modo posito q̄ ita esset bñ et facilliter fluidibilis ad replendum locum a quo illud ascenderet q̄ non sic ē fluidibilis sed solida ideo non solum prohiberetur ascensus talis mixtum imo etiam prohiberetur ascensus leuis simplicis. scilicet aeris existens in profundis cauernis terre. ¶ Tamen contra istas sedas conclusiones obicitur q̄ pure et simpliciter graue si esset in sphaera ignis velocius descenderet per illum ignem q̄ graue mixtum habet aliquos gradus leuitatis et hoc non videtur esse nisi quia illi gradus leuitatis resistunt. ¶ Solutio concedo q̄ velocius descenderet sed hoc non esset quia gradus leuitatis resistunt sed quia non inuicem ad descendendum verbi gratia sit globus pure gra-
n ii

ut et alius globus mixti equaliter ex quattuor elementis et sint similes in magnitudine et figura et habeat globus gravis, scilicet terre octo gradus gravitatis ita globus mixti habebit octo gradus proportionales illis. Scilicet duos gravitatis ratione terre duos etiam gravitatis ratione aque duos levitatis ratione aeris et duos ratione ignis modo in descendendo per ignem omnes octo moterent simul ad descensum illius terre et ad descensum illius mixti non moterent nisi sex quia duo ex parte ignis nec moterent nec resisterent ideo terra moveretur sine descenderet velocitas propter maiorem virtutem motu licet resisteris non sit maior aut minor. Tertia conclusio est et videtur michi ponenda quod graue vel leue mixtum quando naturaliter mouetur in aere vel in aqua sursum vel deorsum habet intrinsecam resistentiam supponendo quod sit mixtum ex quattuor elementis ita quod de cuiuslibet elementi virtute aliquid participat. Scilicet quatuor gradus gravitatis quos habet ratione terre inclinatur ad locum deorsum, scilicet ad esse sub aqua et aere ideo si mouetur sursum per virtutes aliorum elementorum dominantes tamen illi gradus ex parte terre resistentur propter inclinationem ad oppositum et similiter gradus levitatis quos habet ratione ignis inclinatur ad locum ignis, scilicet ad esse super aere et aqua ideo si descendit per gravitatem terre vel aque dominatam tamen illi gradus ex parte ignis resistentur propter inclinationem ad oppositum. Si aliqui volunt istam rationem solvere dicentes quod in tepido gradus caliditatis et gradus frigiditatis simul existentes non habent ad invicem contrarietatem nec agunt vel patiuntur ad invicem ita ergo in graui vel leui mixto gradus levitatis non repugnant gradibus gravitatis vel e contrario ideo nec sibi inhihiem resistentur. Solutio dico quod in tepido gradus et frigiditatis et caliditatis non agunt in se invicem nec in aliud consimiliter tepidus illud tepidus ageret in caliditate ratione sue frigiditatis vel resisteret ei et etiam ageret ratione sue caliditatis in frigiditate vel resisteret ei et ita etiam dico quod mixtum ex gravitate aliqua terre et levitate aliqua ignis ita se habet quod nec gravitas in levitatem nec levitas in gravitatem agit nec etiam in respectu corporis consimiliter grauius et levis agerent in clinando ad esse supra vel infra illud sed tamen in respectu speciei grauius existens superius aliud mixtum ratione levitatis moteretur se superius nisi esset nimia resistentia extrinseca vel nisi esset tantavirtus aut maior inclinatio ad inferius nec magis dissimile est de motu celes- ti de quo aliquae rationes tangebant de illo motu po- no conclusiones. Prima est quod primum mobile nul- lam habet resistentiam intrinsecam motui suo vel motori quia primum mobile perfectio naturalis est continue mone- ri et non in aliquo termino vel situ quiescere. Si omne ens naturale naturaliter inclinatur in suam perfectio- nem et non in oppositum ergo primum mobile natura- liter inclinatur ad semper moveri et non quiescere ergo non resistit motui vel motenti et pari ratione dice- retur quod nulle naturae dispositiones illius primi mo- bilis resisterent omnia enim disposita sunt ad ordinata ad movendum. Secunda conclusio est quod quilibet sphaera celestis mouetur sine resistentia intrinseca et hec conclusio apparet sicut prius quare etc. Tertia con- clusio est difficilis, quod nulla sphaera celestis in motu suo vel in motibus suis habet aliquam resistentiam pro-

pter quia non habet resistentiam intrinsecam ut dictum est nec extrinsecam quia non ex parte dei et intelligentiarum quia ille secundum Aristotelem nullo modo aduersan- tur ad invicem nec aliquid potest resistere potentie di- vine propter eius infinitatem nec ex parte celorum et motuum potest esse quod unum alteri resistat quia non inimici continui sunt nec colligata propter quod unus orbis debeat alteri resistere vel alteri trahere aut pel- lere. Sed tamen contra istam conclusionem sunt dif- ficiles rationes. Prima est ex quo non est ibi resisten- tia deberet fieri mutatio instantanea non autem tem- poralis secundum dicta prius. Secunda ratio est quod sequitur quod musica vel saltu intelligentia que non esset fortioris potentie quam musica posset mouere celum etiam velociori motu quam nunc mouetur motu diurno quia ad movendum vel etiam ad movendum velocius non requiritur maior potentia nisi ad magis superandus resistentiam. Item nos videmus manifeste quod in celo mobili sunt motus plures diversi diversis declinationibus una resistit alteri et retardat vel impedit alterum mo- tum verbi gratia si lapis picatur lateraliter et veloci- ter non poterit cadere deorsum per longam tempus quia motus ille lateralis et velox impedit vel resistit incli- nationi quam ille lapis habet per suam gravitatem ad movendum deorsum cuius ergo eadem sphaera duplici mo- tu moveatur a duplici motore, scilicet motu diurno et in obli- quo circulo oportet quod motus unus resistat alteri mo- tui et retardet ipsum et e contrario. Et iterum oportet imaginari ibi aliam causam resistentie et retardati- onis quia in quocumque loco vel ubi celum fuerit est si- bi naturale et conveniens ideo appetit ibi esse sicut ma- teria appetit formam quam habet per modum delecta- tionis ut dicitur in primo libro. Quis etiam per mo- dum desiderii appeteret ad ubi sicut materia aliam for- mam et ita appetitus ad ubi quod habet est quedam resistentia motui ad alterum ubi. Item beat? Tho- mas adhuc in omni motu locali imaginatur aliam resisten- tiam, scilicet impossibilitatem terminorum non esse est pos- sibile naturaliter quod idem lapis sit simul sursum in spe- ra ignis et in terra et in locis intermediis scilicet in aqua et aere quia oporteret ipsum distare a seipso quod est impossibile ideo necesse est si sit in sphaera ignis et post in loco terre quod hoc sit successione prius in aere et post in aqua et tandem in terra et ad hoc vadit auctoritas Ari- stotelis quarto huius decem et prius et posteriori in magnitudine. In spacio in quo est motus videtur in se huius dicta- tur quod oportet motum tempus et spaciū dividi propor- tionaliter in partes priores et posteriores et in nullo eo- rum est dare primum hoc enim totum puenit ex incō- possibilitate essendi simul terminos magnitudinis ita ergo impossibile est quod simul sol sit in oriente et in occi- dente oportet quod sit successio licet non esset aliunde re- sistentia. Item adhuc aliter imaginatur resistentiam ex eo quod celum secundum trahit ignem in sphaera sua et super- nam regionem aeris prout hoc arguitur de stella co- mata in primo meteororum et in hoc tractatu ignis et aer resistunt inclinationem habentes ad ubi quies- cendum sicut lapis si deberes ipsum trahere post te re- sisteret et retardaret ablationem tuam ita sunt ibi diffi- cilia sicut michi videtur quibus non obstantibus apparet mi- chi quod motus corporum celestium vel eorum motibus nihil

resistit. Ideo ad primam rationem dicitur primo quod intelligentia mouet voluntarie ideo non mouet quia- cumque voluntate potest se quicquid et iterum intelligentia non intendit aliquem terminum finale in quo celum debeat quiescere quia si ipsa intenderet ipsa forte faceret instā- ter celum esse in illo termino eo quod non haberet resistē- tiam sed ipsa intendit mouere secundum se non propter esse in termino quod perfectio celi continue consistit in continue moveri non in esse motu nec in esse aliquibus quiete ideo successine et continue et propterea mouet quae velocitas- te intendit et vult mouere. Contra istas solutiones obicitur quod licet intelligentia non moueat forte quia- cumque potest velociter se quicquid vult tamen possibile est de intelligentia virtutis finite quod velit mouere quicquidque potest velocissime et tunc cum non sit resistentia videtur sequi infinita velocitas. Ad hoc respondetur quod non est dare maximam velocitatem qua potest mouere quod infi- nita velocitate potest mouere capiendi infinita linea theoreumatica sed non potest mouere infinita veloci- tate capiendi infinita cathogorematicam quia illa non est possibilis etiam per potentiam divinam ideo negat quod pos- sit mouere vel etiam velle mouere maximam velocita- tem qua potest mouere vnde etiam ista concederetur quod quicquid potest mouere velociter ipsa potest velle moue- re ita velociter sed hec reputatur impossibilis quicquid- cumque ipsa potest mouere velociter ipsa mouet vel vult mouere velociter verum etiam est quod ista solutio non sol- ueret argumentum secundum quod erat de musica ideo illa solu- tio datur ad principale rationem satis apparens videli- cet quod ex terminatione potentie actus prouenit termi- natio in effectu licet nulla sit resistentia vnde maiorem ef- fectum intensiorem et perfectiorem faceret maior potentia et minorem minorem licet nulla esset resistentia verbi gra- tia magis lucidus vel lucidius facit lumen intensius ad maiorem distantiam quam minus lucidus et etiam debet calefactum si appropinquaret calefactibili non habet- ti autem aliquem gradum frigiditatis nec habenti ali- quam resistentiam tamen non faceret in eo caliditatem inten- tissimam nec multum intensam sed proportionatam suae virtu- ti motus ergo qui est effectus intelligentie virtutis fi- nite non fieret infinite velocitatis suae infinite intens- sus licet intelligentia illa moueret secundum extremum suae potentie vnde Aristoteles et commentator ut puto cre- diderunt quod intelligentie saltem alie a deo mouent quic- cumque velociter possunt mouere vnde dicunt quod si in celo adderetur una stella intelligentia non amplius mo- ueretur ipsius vel tardius moueretur licet ista solutio sit fa- ctis subtilis tamen videtur esse contra dicta quia prius di- ctum est quod si non esset resistentia fieret mutatio instan- tanea et ad hoc est dicendum quod hoc verum est de virtutibus naturalibus inanimatis de quibus tunc erat sermo pro- pter hoc quod illi non intendunt motum secundum se sed in- tendunt terminum ubi lapis existens sursum intendit esse deorsum ideo si non esset resistentia faceret se instan- ter deorsum et non indigeret facere motum nec face- ret se propter resistentiam non potest instantanter facere se deorsum imo indiget quod per motum auferat resistentiam ideo facit motum. Sed adhuc hec omnia non videntur sufficere quia secundum istam solutionem sequitur quod virtus mouens lapidem deorsum esset fortior quam virtus mouens sphaeram lune aut solis quod omnino videtur fictitius dice- re et absurdum quia probatur supponendo quod ois vir-

tus actus vel motus est finita excepta virtute illa quod deus est ideo virtus intelligentie mouentis lunam in obliquo circulo est finita cum ipsa secundum Aristotelem sit in- telligentia alia a deo et sic quocumque mobili dato ipsa non posset infinita velocitate mouere ipsum sed etiam esset determinata ad certam velocitatem sic quod non posset ip- sum mouere velocitatem hoc oportet credere secundum pre- dictam solutionem tunc ergo ego arguo quod virtus lapidis si sit fortior quam illa virtus est maior quam aliquid mobile cer- tum datum infinita velocitate potest mouere ipsum quod illa que nullum mobile certum datum potest infinita veloci- tate mouere ipsum et capio semper infinita lineam cathogore- maticam. Sed nullum mobile datum intelligentia posset infi- nita velocitate mouere ut dictum est virtus autem lapidis illum lapidem infinita velocitate potest mouere in qua proportionem minoraretur resistentia in illa vel in con- uersa proportionem maioraretur velocitas sed saltem per potentiam diuinam in infinitum, scilicet in subduplo in subceto- plo et sic sine statu posset intendi vel au- geri velocitas et sic illa virtus motus lapidis licet sit finita non est terminata ad effectum finitum quod est con- tra predictam solutionem et non oportet hic recurrere ad potentiam diuinam et supernaturalem in dicendo quod re- sistentia possit diminui in subduplo et primo Aristoteles hic ponit in isto loco quod quicquidque subtilitate mediū da- ta potest in quacumque proportionem dari subtilior et minus resistentis verum est in hoc dictum Aristotelis non credo esse verum nisi per potentiam supernaturalem sed ta- men credo ipsum verum esse. Sine dubio non apparet mi- chi quod istud argumentum posset bene solui sustinendo so- lutionem prius quam arguit nisi concedendo resistentiam in celo vel nisi recurrendo ad opinionem Auepeche sub- tilissimi philosophi in omnibus quibus commentator recitat eū erat autem opinio sicut credo quod omni resistentia cir- cumscribitur sive in faciendo aliam rem ex determinatio- ne potentie mouentis prouenit determinatio effectus et quod tanta potentia non posset effectum maiorem produ- cere vel intensiorem et ita oportet dicere quod licet in mo- tu grauius deorsum non resisteret medium nec aliquid aliud tamen si grauius vel aliud motus inclinaret ad mouendum illud graue inferius motus esset determina- te velocitatis ideo neganda essent que dicunt Aristote- les et commentator scilicet quod si sit idem motus vel equalis in mo- uendo idem graue vel consimile per diuersa media et dis- similia motus ad motum se habebit in similibus propor- tione in velocitate et tarditate sicut medium ad me- dium in subtilitate et grossitate sive in magis aut mi- nus resistendo hoc enim non esset verum quod imaginan- do quod sit aliquis gradus tarditatis ex determinatione mouentis omni resistentia circumscribitur tamen resistē- tia mediū addit alios gradus tarditatis et tunc non quicquid ad tarditatem mouētis sed quicquid ad tarditatem ad- ditā ex resistentia mediū valeret ille proportionalitas- tes quas ponit Aristoteles de velocitate et tarditate in motu ad subtilitatem et grossitatem mediū et secun- dum hoc etiam opus corrigere quod ante dictum fuit, scilicet quod maior proportio secundum quam virtus motus su- peraret resistentiam tanto esset motus velocior et quod minor tanto tardior quod si non esset resistentia non es- set successio hoc enim totum non esset verum nisi quicquid ad tarditatem additam defalcando aliam que esset

ex determinatione potestie verbi gratia in spacio a sit tam duo lapides et in spacio b nulli tunc utrobique ponantur lapides alii et quicquid in spacio a ponitur in spacio b ponuntur duo pstat q mutabitur proportio lapidum numeralis spaci b ad lapides spaci a nam in prima appositione erit in spacio a tres lapides et in b duo et est proportio sexquialtera. Item ad duo et in scda appositione erit in a quattuor lapides et in b quatuor et erit proportio equalitatis s; tamen defalcando duos primos lapides prius presuppositos semper qtuor ad alios manebit eadem proportio qz semper lapides b erant dupli ad lapides a et non apparet michi q ista imaginatio Anapeche possit demonstrative repobari vel pbari s; adhuc si hec imaginatio quam non negio non concederetur apparet michi alia imaginatio que etiam sicut michi videtur non posset demonstrative improbari licet non sit secundum opinionem Aristotelis. s; q non quibet xtas activa potest in quolibet passivum agere s; determinata in determinatum et hoc bñ dicit Aristoteles primo philosophorum caliditas enim ageret caliditatem in corpus opachi sibi appropinquat lucidum autem non ageret in ipsum lumē nec color s; suam speciem et sol non calefacit corpora celestia calefacit tamē corpora inferiora nec gravitas aut leuitas caliditas vel frigiditas possent mouere celum dicere ergo q nulla la est virtus creata q moueat celos nec q possit mouere celos nisi deus daret adhuc et virtutes sed deus mouet eos qta velocitate vult et sicut vult nec sequitur q potentia grauis sit maior aut equalis potentie diuine licet infinita velocitate possit mouere qz si alia qua virtus mouet tali velocitate talē resistentia non erit maior virtus s; equalis que duplici velocitate motu subdupla resistentia. ¶ Ad hoc est alia imaginatio qua nescire demonstrative improbare. s; q a creatio ne mundi deus mouit celos tot et talibus motibus sicut nunc mouetur et mouēdo impellit eis impetus p quos postea mouebant vniuersim ppter hoc q illi impetus cum non habeant resistentia nūqz corrumpuntur et diminuitur sicut nos dicimus lapidē proiectus post recessum a piciente moueri p impetu sibi impressum s; tamē ppter magnā resistentiam tā ex medio q inclinatione ad aliū locum ille impetus cōtinne diminuitur et tandē cessat et secundum istā imaginationem non oportet ponere intelligentias appropinquantes corpora celestia imo etiā non oportet q deus moueret ea nisi per modum generalis influentie sicut nos dicimus q ad omne qd sit ipse cooperatur et etiā cum ista imaginatione posset saluari qd dicunt Aristoteles et cōmentatores. s; qd est resistentia proportio motus ad motum in velocitate vel tarditate est sicut proportio ad proportionē mouentis ad suas resistentias et q si non esset resistentia nō esset successior hoc etiam potest saluari ista imaginatio que non ponit celos moueri per tales impetus sed ab ipso deo/imaginatio autem Anapeche non aufert opinionem Aristotelis et cōmentatoris de hoc q motus ad medium in velocitate et tarditate sit sicut mediū in subtilitate et grossitate. Item per omnes istas tres imaginationes solutus est secundū argumentum omnino enim absurdum est dicere q in infinitum parua potentia posset mouere celos ¶ Ad tertiā rationē dico per hoc q plia voluit super terram mouetur recte de termino ad terminū melius q si non volueretur motus est plures in eodem mobili non retardat vel impediunt se inuicē nisi sint secundum inclinationes contrarias vel ad terminos incōpossibiles sic enim grauitas et impetus in projectione sibi inuicē resistunt sed hoc in celo non est qz omnino possunt simul stare motus plures eiusdem spere super diuersos polos absqz impedimento vnius ab altero ¶ Ad quartam rationem dicitur q celum saltem vltima spere nec est i vbi nec est in loco et si esset in loco vel vbi tamē non esset sibi naturale vel cōueniens esse ibi in quiete s; in motu qti est pfectio quedam ipsius celi. ¶ Ad quintam dico q nullus terminus per quem possit esse resistentia vel inclinatio vel q aliquid operetur ad motus celi est assignandus in celo nec partes fluxus sicut prius dicebatur in tertio huius nec etiam ibi est incōpossibilitas terminorum qtuor ad ea que spere mote sunt intrinseca et iterum incōpossibilitas terminorum non sufficit ad hoc q mutatio sit successiva qz in mutatione instantanea esset incōpossibilitas terminorum imo etiam corpus qd est in celo deus posset facere instantanter esse in terra. ¶ Ad aliam conceditur bñ q prius et posterius in motu est ppter prius et posterius in magnitudine vel in spacio vna est resistentia vt lucidū non plus illuminaret prope q longe sicut dicebatur. ¶ Ad vltimam dico q nō debet imaginari q celum trahat secum ignē vel aerē qz esset motus violentus et oportet q celum esset illi igni colligatum qd non est ita sed ignis naturaliter insequitur locum suū et naturaliter inclinatur voluntati primi mouentis qti oīa sunt naturaliter gratia ipsius et gratia ipsius operatur nec ignis illic habet inclinationem ad quiescendum nisi quiete opposita motui recto secundum quē recederet ab illo loco suo naturali et si ignis ibi ex toto quiesceret adhuc nō impediret motum celi cū sibi non sit continuus nec colligatus.

Tunc igitur respondendum est ad rationes principales/ prima auctoritas cōmentatoris concedenda de motibus grauiū s; illud mobile qd resistit graui descendenti nō est illud graue s; est mediū qd mouetur qz diuiditur et eodem modo pcedit secundū auctoritatem medium enim per quod mouetur et diuiditur quod dāmo habet inclinationē contrariā motori vel eius inclinationi per quā resistit ei. ¶ De aliis rationibus apparet ex dictis nisi de vltima que querit i quo genere causę resistentia se habet ad successionem vel motum ad qd ego dico q resistentia est actiua causa non quia agit motum cui resistit sed q innata est agere ad oppositum eius qd motor agit multis modis dicitur hoc nomē causa agens vel actiua sicut dictū fuit in secundo libro et videtur michi q ista questio est bene longa et difficilis et conuenienter potuisset fuisse diuisa in tres. s; vna de pure et simpliciter grauib; et leuib; alia de grauib; et leuib; nō pure et simpliciter et alia de celo et sic diuidat eā qui voluerit.

Derivatur consequenter vtrum sit vacuum esset graue moueretur in eo Arguitur q sic q Aristoteles probat q in instanti moueretur ergo moueretur in vacuo.

Oppositum tamē intendit et dicit Aristoteles Ista qstio sicut formata est vna pditionalis

que equialet vni cōsequētie s; isti pñe vacuū est ergo graue mouetur in eo ideo questio facta nō querit nisi vtrū ista sit bona cōsequētia vacuū est ergo graue mouetur in eo et statim ponit. ¶ Prima conclusio. s; Aristoteles cōcessisset istā cōsequētia tanqz bonā et si militer istā vacuū est ergo nullū graue mouetur i eo qz ipse credidit q simpliciter esset impossibile vacuū esse et ad impossibile sequitur quilibet ideo cōcessisset istas si vacuū esset graue moueretur in eo et si vacuū esset nullū graue moueretur in eo et q esset motus in eo in instanti et q nō esset et sic de aliis nec tales cōditionales cōtra dicit sibi inuicē sicut iste nō cōtra dicit sed sunt simul vere si tantū pater est pñe et si tantū pater ē nullus pater est sed oportet cōtra dictionē cōditionalis accipere pponendo toti ppositioni negationem cadentem super totā ppositionē sed nō possumus sic dicere quia nos concedimus q vacuum esse est possibile scilicet per potentiam diuinā ideo non debemus dicere q ad hoc sequuntur contradictoria. ¶ Secunda conclusio. s; ista nō ē bona cōsequētia vacuū est ergo graue mouetur in eo qz posito q vacuū ē et cū hoc sit possibile tñ forte nullū graue esset in eo vel licet esset graue in eo tamē forte quiesceret aut p potentia diuinā aut aliter. ¶ Tertia conclusio est q etiam ista nō est bona cōsequētia vacuū est ergo graue non mouetur in eo qz possibile est q moueretur saltem per potentia diuinā sicut dicitur ideo iste pditionales sūt negāde si vacuū esset graue moueretur in eo si vacuū esset graue non moueretur in eo. ¶ Quarta conclusio est q possibile est graue moueri in vacuo scilicet per potentia diuinā hoc enim nō minus est possibile q totū mundū moueri motu recto et de hoc dictū fuit in decima quinta questione tertiū libri sed magis cundo ad intentionē Aristotelis et querentiū ponamus casū q vacuū sit vbi grauitas q aere circūdante iperas aque et terre remanente in sua qstitate et figura orbiculari sicut nunc est et q omnia que sūt infra illū aerē essent anihilata ita q iste aer esset vacuū secundū imaginationē dudū positā et lapis esset positus in illo aere vacuo vtrū moueretur naturaliter descendendo respondeo q dupliciter potest imaginari q lapis esset positus in illo aere vno modo q esset infra latera cōcauitatis illius aeris sicut sunt nūc terra et aqua alio modo q esset inter superficie pectus et superficie cōuerā illius aeris vt si ēt in media regione aeris. ¶ Et tunc erit Quinta conclusio q si ēt in aere vacuo scdo modo ita q haberet aerē sub se qz moueretur deorsū naturaliter p suā grauitatem donec ēt sub aere et q nō haberet aerē sub se qz inclinationes grauiū et leuiū ad mouēdū super vel inferius sunt secundū exigentias corporū sibi primorum vbi grauitas lignū eritēs in aqua ascēderet ad eē supra aquā si illa aqua esset in vase decenter in loco alius sicut si esset in pfundo putei vbi dicitur ergo grauius et leuius essent proxima ad inuicē si grauius esset supra leuius graue inclinaretur ad descendendū et leue ad ascendendū donec leuius ēt supra grauius et grauius infra leuius ideo lapis ille descendere per illam aerem donec esset sub eo sic ergo concederetur q graue per suā grauitatem moueretur naturaliter in vacuo et vacuum etiā vel pare vacuū moueretur naturaliter ascendēdo qz qtuor esset lapis descendēs tantus aer ascēderet naturaliter de illo loco

quo vel situ in quē lapis descendere ad replendū locum a quo lapis ille descēderet ¶ Sexta conclusio est q de priori modo conclusio q lapis sit in vacuo. s; q si ille lapis esset oīno sub illo aere tangēs ex vno latere sufficiens cōcauitas illius aeris ille lapis nō moueretur nec amplius descendere p suā grauitatē hoc cōclusio probatur qz ille lapis nichil haberet sub se leuius iō nullā inclinationem haberet ad esse sub aliquo alio q sub illo sub quo iā erat. ¶ Item si ille lapis inclinaret ad motum deorsū hoc esset vel ppter recedere a celovel ppter accedere ad mediū mundi nō ppter pūmū quia quocūqz moueretur tamē non magis distaret a celo q ante q nulla distantia ēt nisi per dimensionē illius lapidis et dimensionē aeris ignis q oīs maneret imo forte si ille lapis nō amplius tangeret sperā aeris nec aliud corpus ipse nec esset proximū celo nec distans a celo nec scdm aliquē sitū se haberet ad celū et hoc sufficit quod dictū fuit in decima quinta questione tertiū libri sed etiā nec ille lapis descendere vel moueretur ppter accedere ad mediū mundi qz nichil esset magis in medio mundi q ille lapis vel q aer ēt cui ille esset cōtinuus et si moueretur motu recto tñ nec ad aliq corpus accederet nec ab aliquo recederet et sicut dictū fuit in tertio huius s; aliquis poterit dicere q vacuū imaginabitur dimensio simplex sine subiecto naturali et qualitatib; existens dimensionatur vbi nunc sunt terra et aqua. infra latera illius aeris. Et tūc est alia conclusio q adhuc ille lapis nō moueretur naturaliter per suā grauitatē qz non esset supra grauius nec supra leuius nec recedēdo ab aere haberet aliquod corpus superius vel inferius sibi primū graue vel leue grauius aut leuius ideo sicut bene dicit Aristoteles nō esset ratio quare magis deberet inclinari ad superius vel inferius ad vtrūlat; vel ad alterū nec valeret ratio de maiori recessu a celo et de maiori distantia quia hoc facit ad inclinationē naturāle ratione simplicis dimensionis sed si facit hoc est ratio quia celi aliquid influit ppinque et remote et non esset influentia virtutis naturalis si nō esset substantia naturalis receptiua illius et nos supponim; ac si illa simplex dimensio esset sine aliqua substantia naturali quia posito q esset cū ea grauitas vel leuitas tūc forte aliud ēt dicendum q itez vacuū ponere ēt talis simplex dimensio se pata et immobilis illa nō esset naturaliter penetrabilis ideo non posset lapis moueri per eā. ¶ Octaua conclusio q si graue simplex moueretur per suā grauitatē in vacuo ipm moueretur in instanti et eque velociter in pleno sicut in vacuo ppter nullā ēē resistentia et Aristoteles ad hoc format duas rationes in textu prima pbat q in instanti qz secundū diuersas proportionē mouentis ad resistentias sunt motus differēter tardi aut veloces sed nulla esset proportio vacui ad pleni in resistendo ergo neque velocitatis ad velocitatem et tamen esset proportio velocitatis ad velocitatem si fieret in tempore qz oīs tēporis finitū ad oēs tēporis finitū est proportio ergo nō fieret in tempore et tñ si fieret motus ipse fieret vel in tēpore vel in instanti ergo fieret in instanti. Secunda ratio Aristotelis est ad probandū q eque velociter moueretur in pleno sicut in vacuo qz si moueretur in vacuo moueretur in aliquo tēpore cūz necesse sit omnē motum fieri in tempore etiā in pleno moueretur in tempore licet longior et illorū temporū esset ad inuicem

certa portio quia utrumque tempus esset finitum sit ergo gratia ex epl. portio centupla. s. q. tempus in quo mouetur per plenum sit centuplum ad tempus in quo mouetur vacuū deinde ponat q. illud plenum sit corpus quo locus ē replēt? subtiliter in cōtuplo tūc in cōtuplo veloci tabi? mot? q. in subcōtuplo minorabit tēp? s. sic erit velocitas i pleno equalis velocitati i vacuo z tēp? equalis tempore et tamē adhuc erit pleniū illud in quo erit tale corpus in centuplo subtilitas zc. Sed contra istā rationē obicit qz Aristoteles supponit q. corpore subtili dato possit dari in quacūq. pportioe volucrim? subtilius z hoc est falsū sicut nō est dare quocūq. calido in infinitū calidius. Sic licet nō per potētā naturalem tñ per potētā diuinā quocūq. subtili dato vel raro vel calido in infinitū est dare subtilitas rariū et calidius. ¶ Rotandū tamē q. hec octaua cōclusio et eius rationes possit sunt ex suppositioe q. nō sit vera opinio. Quēpeche posita prius quā tamē nesciret ipso bare z cui magis cōsentio q. opinioni opposite z que opinio. Quēpeche si cōcederet illa octaua cōclusio non esset cōcedenda nec valerēt rationes Aristotelis sicut ex ceteris potest pbari sed dimitto hec oīa adhuc alia quā querit potest q. in aere sic vacuo ēēt homo in infinitū z cōceno aeris z ibi per potētā diuinā salua re? utriū ille hō posset extra illū aērē extēdere vel mō hēre suas tibias z sua brachia cū tamē illū nullam sit spaciū et est questio similis. s. utriū si esset homo ultra spaciū ultimū ipse posset mouere ultra illā suā membrā s. brachia. ¶ Et de hoc poro ultimā cōclusionē q. hō mō sic posset mouere mēbra qz nichil extrinsece ei resisteret nec valet dicere q. nō posset illū brachium ponere vbi eleuare q. nullū esset ibi spaciū in quo posset manū suā extendere. Deo cū q. spaciū nō est nisi dimensio corpore et spaciū tūc dimensio corporeis tūc et ante q. eleuare brachia ultra illā spaciū nichil ēēt ibi sed brachia eleuato ēēt ibi spaciū. dimensio brachii tūc tunc dico ergo ad auctoritates Aristotelis in principio questionis pōitas q. Aristoteles non intēdebat dicere q. in vacuo fieret motus in instanti zc. sed intēdebat istam cōditionalē. s. q. si in vacuo grane esset ipm moueret per suā gravitatē in instanti zc. z hoc ē cōcelsum si rō cōcedatur opinio. Quēpeche qz cōfessus est impossibīle simpliciter ideo volebat ex hoc Aristoteles concludere q. impossibile esset grane p. suā gravitatē moueri in vacuo z hoc etiā cōcelsū est licet dictū sit q. posset in eo moueri per potētā diuinā zc.

Queritur undecimo utrum rarefactio z cōdensatio sunt possibiles sine vtrūq. possibile est aliquid rarefieri aut cōdensari. Arguitur q. nō quia si ēēt cōdensatio singule partes circūferentiales corporeis quod cōdensaret fierēt ad inuicē proximiores mouendo se versus centrū illi? corporeis z sic partes dextre nō cederēt sinistris sed mouerēt cōtra eas nec partes ante partib? retro nec partes infra partib? supra sed impossibile est sic eas moueri cōtra inuicē quia vel reciperēt in pleniū nō cedens z sic esset penetratio dimensionū quā reputat impossibīle vel reciperēt in vacuū quod etiā est impossibile naturaliter ergo. ¶ Similiter etiā arguitur de rarefactione q. oportet partes circūferentiales vndiquaq. elongari ab inuicē z tunc etiā inter eas re-

manerent vacuitates vel oportet ab extrinseco intrare alia corpora inter illas partes sic ab inuicē recedentes quod non apparet possibile.

Oppositum tamē apparet in multis p multas experientias. ¶ Rotandū est q. aliqui capiunt rarefactio z cōdensatio improprie. s. q. inter corpora grossa sunt corpora subtilia interclusa vt q. inter partes lane sūt multe partes aeris z tunc pond? lane videtur minorē locū occupare et exinde densius si cōprimant partes lane simul q. exēunt ptes aeris. Et iterū emissā cōpressionē lane partes lane elongātur ab inuicē z subintrant inter eas partes aeris circūstātis z sic videt cumulus lane maiorē locū occupare et esse rarior z iste modus est bene possibilis sed nō est nisi methaphorice dicta rarefactio vel cōdensatio de quib? non intelligim? nūc sed rarefactio videt ppe si corp? prius estis min? fiat maius nullo corpore extrinseco subintrante inter partes eius z cōdensatio etiā videtur ppe si corpus pri? existis maius fiat minus nullo corpore exēnte ab eo quod an? esset inclusū inter partes eius z est ppetitas huius rarefactionis vel cōdensationis q. eius quod rarefit quolibet pars q. tūc rarefit z eius quod ppefit quolibet pars cōdensat z ita q. quolibet pars rari est rara z densi densa quod nō est in cōdensatione z rarefactione improprie dictis in pri? dicta rarefactioe cum lane cōt ptes dense. s. lane z ptes rare. s. aeris de huiusmodi ergo pproprie dictis rarefactione z cōdensatione ponitur. ¶ Prima cōclusio q. rarefactio z cōdensatio sūt possibiles per calefactionē z frigectionē ista conclusio patet primo si cōcedam? elementa generari ex se inuicem aqua ei est densior aere z aer rarior aqua z ita fit ex denso rariū et ex raro densū z hoc est rarefactio cōdensatio z hoc etiā apparet de misto noto posito in dolo bene obstructo q. parando calefit z tumescit et sic augetur q. oportet rumpi doliū si nō fieret q. tūc hoc etiā apparet de siola vitrea que si calefiat q. per carbonē aer interior calefit ita q. si versio culo fiole os eius ponat in aqua tunc q. aer qui est in fiole refrigerabitur apparebit ita cōdensari z fieri minus q. oportet aquā ascendere in siola ad replendū ne sit vacuū z oīno manifestū est plurimis experientis et cōcelsū q. rarefactio z cōdensatio sunt isto mō possibiles. ¶ Secunda cōclusio ponit q. cōdensatio est possibilis per cōpressionē absq. hoc q. illud corpus q. cōdensatur frigeat vel alteretur secundū primas qualitates hoc pbat primo per motū locale rectū aliter cū corpore recte moto oportet cōcedere vel vacuū vel penetrationē corpore vel q. oē corpus ad ante cederet vel tandē celū sicut arguebat in principio septime questionis hui? quārti z respondēt sicut ibidē notatū fuit. Tunc arguit ratione sequente que ibidē posita fuit z deducta. ¶ Tertia cōclusio sequit q. etiā rarefactio est possibilis absq. alterationē ei? q. rarefit secundū primas qualitates q. nō apparet quare magis sine alteratione secundū primas qualitates debeat ēē possibilis cōdensatio q. rarefactio et q. sicut arguitur est de cōdensatione ita rationibus cōuersis argueret de rarefactione nā si corpore recte moto oportet ad ante fieri cōdensationē ita retro oportet corpora sequi vel tandē celum vt nō sit vacuū z sic

existens nec aliqua etiam fuit que coexistere finit elus et pcederet eius initium. Et sic dicta scdo conclusio probatur quia tam ad illam prioritatem quam prius dicitur a quo conuertitur substantia quia ois quod est generabile vel corruptibile vel alterabile est mobile locale si non ois quod mouetur localiter est generabile vel corruptibile vel alterabile et in hoc est prius dicitur quod motus localis est prius alius via prioritatis scilicet quod iste finit mobile locale est communior istis terminis generabile corruptibile et alterabile predicatur enim vniuersaliter de illis et non euerum. Et sic etiam dicta scdo conclusio probatur quia ad prioritatem via perfectionis ostenditur enim quod motus localis sit perfectior et dignior et videtur michi quod non oportet istam conclusionem intelligere de intrinseca perfectione si motus localis comparatur ad generationem substantialem quod verisimile est quod ois suba sit accidente nobilior et dignior et tunc generatio suba est suba et omnis motus localis est accidens sed quadam denotatio extrinseca a motore vel a mobili motus localis dicitur nobilior et perfectior hoc declarat prius quod motus localis scilicet est appropriatus et immediate a motore perfectioni et nobiliori scilicet ab intelligentia vel a deo scdo etiam quia corpus celeste quod est subiectum motus localis est multo nobilior et prima materia que subicitur generationibus et corruptionibus et alterationibus. Dicitur enim alias quod compositum substantiale respectu alterationis et qualitatis secundum quas est alteratio non se habet in ratione recipiens nisi ratione materie si totum ipso attribuitur a nobis huius alterationes et qualitates propter ignorantiam materie et maioris notitiam compositi. Tertio etiam est perfectior ratione durationis quia ot alio motus est diuturnior licet nullus ponatur esse perpetui quarto etiam quod ad aliam in quibus inuenitur oia genera motus motus localis scilicet ambulatione velatio et huius requirit maior perfectionem aialis et alius motus requiritur nam diminutio et corruptio inueniuntur aialibus ex defectu virtutis et ex impotencia aialium autem quod generatur non est perfectus immo vel non est vel imperfectissimus et statim quando generatur est ipsum alteratur nutritur et augmentatur in digne et longo tempore perficitur secundum quantitatem et qualitatem corporis et mentis breviter autem ambulet vel voluet et ex hoc Aristoteles facit talerationem illud est prius via perfectionis quod est posterius via generationis cuius generatio est processus ad esse et ad complementum si in aialibus motus localis est posterius alius via generationis igitur et ceteris processibus ad perfectionem et complementum et euerum per viam corruptionis debemus intelligere totalem processum ad effectum et sic cessat illa instantia quod diceretur quod diminutio senectus et motus sunt posteriores via generationis quia non sunt in via generationis et perfectio sed in via corruptionis et defectus si etiam inuenitur contra illam regulam Aristotelis quia aia est prior via generationis ambulatione et tamen est perfectior et ambulatione dicendum est quod in hoc regulatur ois non debet comparari forma ad formam vel etiam dispositio ad dispositionem sed totum aggregatum ex his que prius erant sic enim congregatum ex ambulatione et requisitis ad ambulationem non est perfectum tempore ambulationis et congregatum ex generatione vel alteratione et alia ante tempus ambulationis quod est ista comparatione motus localis ad alios motus debemus etiam parere motus locale

circularem ad alios motus locales Et posuit Aristoteles illas conclusionem quod motus circularis est prius motuum et probatur sicut probabatur pcedens conclusio est enim prius non secundum tempus quod perpetuus est motus circularis et non perpetuus est motus rectus igitur et probatur ergo Aristoteles quod non contingat perpetuum esse motum rectum quod non est dare spacium rectum finitum non potest aliquid moueri continue tempore finitum sicut probatur est in sexto non enim intendo loqui ista questione de possibilitate secundum potentias diuinas nam si solum secundum potentias naturales dico ergo quod super spacium finitum non contingit moueri aliquid continue tempore finitum nisi per reiterationem motus super illud spacium et super easdem partes spacii super quas tam mobile ante mouebatur si in spacio recto non potest fieri huiusmodi reiterationem nisi per refectiones motus dicitur quod motus ante refectionem et motus post non sunt vnus motus quod sunt contrarii et quod necesse est quiescere in termino refectionis et de eorum contrarietate dictum est in quinto huius et de quiete in termino refectionis dicitur in alia questione quod sit pingat peripetui esse motum locale declaratur per hoc quod motus circularis est de eodem signo ad idem signum pice continue sine aliqua refectione et sit iterum potest moueri de illo signo sicut ante et ita in finitum tempore potest esse motus continuus per infinitas reiterationes cum non oporteat ibi esse refectionem nec contrarietatem deinde vult Aristoteles ex hoc inferre quod perpetuus est motus circularis quod de possibilitate ponendum est in natura illud quod est dignius si dignius est perpetui esse secundum ideitatem naturalem et secundum ideitatem tem specificam ubi gra hoc est possibile igitur ponendum est quod peripetui est motus circularis localis. Et sic in linea recta distincta sit abinuicem principium medium et finis ideo est assignare ubi motus debeat incipere et ubi debeat cessare in linea autem circulari vel non est principium aut finis aut vbis indifferenter est principium medium et finis non enim est ratio quare vnus si gnium debeat magis dici principium vel finis et alterum si ergo nullum signum debeat dici principium vel finis tunc non est assignare ubi motus debeat incipere nec ubi debeat finire ideo rationabile est quod nec incipiat nec desinat et si vbis indifferenter sit principium medium et finis sequitur quod semper est in principio idem non definit et semper est in fine ideo nunquam incipit et tunc pergit in medio ideo nunquam incipit nec definit. Deinde et arguitur quod motus circularis est prior motu recto via perfectionis et dignitatis quia est perfectior primo secundum durationem quia diuturnior scdo etiam ratione mobileis et mouentis sicut dicebatur quod celum mouetur et deus vel intelligentia mouet tertio ratione figure circularis et rectilinee quod circularis est perfectior ut declaratur in primo celi et in pluribus aliis locis quarto quia perpetuum perfectius est non peripetui ceteris paribus et motus circularis sunt perpetuorum mobilium et mouentium et recti non deinde etiam est prior ratio ne simplicitatis sic enim regularis est prior irregulari et motus circularis est regularis non enim est velocior vel tardior prius et posterius omnis autem motus rectus inuenitur velocior et tardior prius et posterius prout alias dictum est motus enim violenti sunt tardiores in

fine et motus naturales grauissimus et lentissimus tardiores in principio et motus animalium velocior in medio Et iterum motus circularis est simplicioris motoris vel simplicioris mobilis quod non est oppositum ex materia et forma sub lib. Et sic simpliciter prius motus debet dici quod est a primo motore et primi mobilis et ille est motus durans qui est ab ipso deo et ipsius celi. Et sic ille est prius qui est mensura aliorum et ille est motus circularis qui est tempus ut habitum est in quarto huius.

rationes que in principio questionis facte fuerant non concludunt contra predicta non est enim contra dicta in elementis generationes corruptiones et alterationes sunt priores motibus eorum localibus et.

De octauo utrum necesse est in omni motu reflexo mobile quiescere in termino refectionis arguitur quod non quia si motus grauissimus caderet de alto deorsum et contra eam proiceretur faba sursum faba tangens molam reflectetur deorsum et si quiesceret in termino refectionis operaretur illam molam quiescere in tempore quietis faba vel fabam penetrare molam sed impossibile est penetratio et absurdum est quod illa faba quietaret motu igitur faba illa non quiescat in termino refectionis. Et sic patet a plecta terra reflectit supra et si quiescit quod a quo mouetur reflectens sursum pstat quod non moueret a terra quia hoc esset tractu vel pulsu quod est impossibile quod terra ponitur quiescere et trahens aut pellens mouetur cimo moto pulso vel tracto nec sic moueret ab aere continuo quia sic non moueretur proiecta ut dicitur per nec mouetur ab impetu impresso a plecte ut dicitur post quod plecta mouetur quia si sit talis impetus tam men ille cessat quiescente eo quod mouebatur ergo si ibi quiesceret sequitur quod post illam quietem moueretur et a nullo moueretur. Et sic si sagitta emissa superius vel lapsus proiectus superius quiesceret ibi quod esset detines ea tempore etis pstat quod nec prior motus prohiberet eam cadere quia non esset nec impetus quod cessauit cum cessatione motus nec alius ibi periret quod sufficeret ad detinendum lapidem illum sursum in quiete. Et sic saltem deus potest sine tempore intermedium mouere reflectendo hoc enim non est potentie mis noris quod ipsum est ad hylare. Et sic experientie sunt manifeste quia si nauis tarde mota ad septentrionem et homo mine in ea continue ambulante ad meridiem ita quod homo velocius mouetur respectu nauis quod nauis respectu fluminis constat quod homo continue mouebitur in appropinquando ad meridiem continue et erit propinquior et propinquior meridiem sine picio in tra signato flumis aut strum et quiescenti et tunc ponamus quod vento fortissimo cato nauis continue velocitatur donec moueat velocius in respectu fluminis vel riuorum quiescentium quod in respectu nauis et tunc homo continue mouebitur in appropinquando ad septentrionem et sic erit motus eius reflexus quia prius ad meridiem et posterius ad meridiem et posterius ad septentrionem et non erit tempus intermedium sed solus instans quia ante illud instans homo mouebitur velocius quod nauis et post tardius similiter si lancea pendente ad trabem malica descadat per illam lancea et rumpatur corda ad quam pendebat lancea et tunc cadat lancea cum musca deorsum.

sus motus nascere erit reflexus de sursum ad deorsum et non erit quies media.

Oppositum videtur determinare Aristoteles omnino apparet michi quod ista conclusio est concedenda quod super eandem lineam rectam cuius sunt b et c possibile est a moveri de b versus c et reflecti ad b si ne aliqua quiete intermedia sit rationes patet arguerant et sicut aliquis ascendens per corda ligata ad trabem statim sine medio caderet si corda ruperetur et si pedi muris ligata sit cordula et ambulet mus ante te tu posses per cordula retrahere murum retro et non erit quies intermedia quod continue ambulabat versus ad tempus in quo tu retrahebas et per totum tempus in quo tu retrahebas retrocedebat apparet michi quod rationes prius facte hoc bene probabant sed forte potest poni conclusio cum Aristoteles quod si a movetur naturaliter ad aliquem terminum ex intentione effendi in illo termino non impediatur et postea etiam reflectatur naturaliter ab illo termino necesse est a si illo termino quietere quod frustra natura procederet ad illum terminum ex intentione effendi in eo si nullo tempore maneret in ipso et tunc naturaliter in opere suo nunquam frustratur ab intento nisi ab impedimento occurrente igitur et c. et illa rationem tetigit Aristoteles in illa littera na et penitus inconueniens esse videtur si factum necesse est mori corrumpi et nullo tempore permanere. Item commentator arguit in quinto huius dictum est quod motus non est per se ad motum igitur si motum priorem sequitur immediate aliter motus subalter appositus hoc non est per se et naturaliter sed per accidens. Item Aristoteles facit tale rationem sequitur quod mobile mouetur ab illo termino in quo nunquam fuit quod videtur impossibile quia patet quod si a mouet de b ad c et reflectat de c ad b tunc post reflectionem mouet ab ipso c ad b et tunc nunquam fuit in c sibi non quod aut quod si fuit in c hoc non fuit nisi solo instanti indivisibili et hoc non est aliquid esse in c Aristoteles videtur respondere quod in predicto casu nunquam fuisse in c in actu si fuit in c in potentia quod poterat ibi remanere fuisse in c in actu si remaneret et ego dicerem quod nunquam fuit in c precise adequate sed semper in loco maiori sicut alias dicebatur bene si fuit in c partialiter non ergo mouetur ab ipso c tanquam a termino a quo fuit precise et adequate sed tanquam a termino in quo fuit partialiter nunquam enim totus a fuit in c sed in infinitum magna pars illius a fuit in c sed tu dices ponamus casum quod spacium b c tangit lapidem secundum terminum c et tunc a moueatur de termino b ad terminum c donec reflectatur a lapide propter penetrationis corporum impossibilitatem et fiat reflectio sine quiete media vitrum ergo a tetigit lapidem vel non situ dicas quod non quomodo ergo lapis reflectebat ipsum non potest ubi dici et tamen quod verum est dicere in tempore reflectio quod omne spacium pertransiit antequam reflecteretur quod transiisset si iuxta lapidem quicquid tangendo ipsum de nullo enim potest dari instantia et tamen non est possibile quod omne illud spacium transierit nisi quod lapidem puerit etiam tangendo ipsum si vero ita dicas quod tetigit illum lapidem sequitur quod tangendum erat precise in loco sibi equali quod negabatur et impossibile est quod tetigerit quod hoc non fuisset nisi in instanti indivisibili et hoc nunquam est tangibile si nullum sit instans tangibile dico quod non apparet michi possibile respondere

ad istam rationem nisi supponendo et ponendo orationis corpora tangere se et quicquid expō detur facile erit respondere si enim dicas corpora tangere se quia non est spacium intermedium tunc manifestum est quod in omni tempore erat spacium intermedium inter a et lapidem sit enim tempus in quo precise a movetur mouetur de b versus ad lapidem una hora et per totam horam reueritur constat quod in tota illa hora et in qualibet parte ipsius fuit spacium medium inter a et lapidem quod quicquid parua parte illius hore tu signaueris vbi gratia vltimam centesimam cum in illa centesima fuit spacium intermedium quod in prima medietate illius centesime fuit spacium intermedium immo in infinitum magna in parte illius centesime fuit spacium intermedium ergo nunquam fuisset illa propositio vera inter a et lapidem non est spacium intermedium secundum istam expositionem a nunquam tangebatur lapidem et nunquam erat ista propositio vera a tangit lapidem sed cum ego dico quod nullum spacium fuit intermedium inter a et b in illa tota hora sed in qualibet parte illius hore quod quicquid paruum spacium signetur tangens lapidem fuit dare aliquam partem hore in quo illud spacium non erat medium imo non erat medium nisi sexagesima vel centesima vel mille sima pars illius spacii ideo si sic exponas tangere ego dicam quod in omni vltima parte illius hore a tangebatur lapidem licet in nulla tota parte si vero tu exponas coram tangere se per hoc quod est esse sibi inuicem immediate dicam sicut prius quod nunquam fuerit sic immediate quod esset spacium intermedium licet nullum spacium fuisset semper intermedium. Item aliqui exponunt vnum corpus tangere reliquum in casu quod vnum mouet ad reliquum per hoc quod est motus versus ad illud et non potest ultra moveri propter resistentiam illi ex impossibilitate penetrationis corporum et tunc dicerem vtrum quod in omni vltima parte illius hore a tangebatur lapidem et in nulla tota et si dentur alie expositiones dicas secundum exigentiam illarum et soluas rationes que in principio questionis fiebant et omnes alias secundum predeterminata.

Heritur nono vtrum mouens finitum potest mouere per infinitum tempus. Arguitur quod sic quia corpora celestia sunt finita et non infinita et habent virtutes finitas et non infinitas cum dictum sit in octauo huius quod impossibile est virtutem infinitam esse in magnitudine finita cum corpora celestia infinito tempore mouet ista inferiora. Item primus motor mouet per infinitum tempus secundum Aristotelem et tamen ipse est finitus probatio quod vel ipse est finitus vel infinitus sed non est infinitus quia primo huius dicitur quod infiniti ratio quod ita congruit et non substantie nec qualitati nisi secundum accedens fieri simul aliquae quantitates sicut qualitates vel substantie et cum primus motor est substantia sine quantitate quia indivisibilis impartibilis et nullam habens magnitudinem prout concluditur in fine huius octauum. Item motor lune saltem est finitus probatio prius quod mouet mobile finitum et velocitate finita. Secundo quod est motus virtutis quod motor solis vel quod primus motor et quod est minus alio est finitum et tamen motor lune mouet orbem lune infinito tempore. Item virtus cur sua sortis est est finita porio igitur casum quod deus conservet ea tempore infinito abque eius augmentatio vel diminutio vel fatigatio tunc ipsa semper erit fini

ta et tamen per ea sortis etiam sic conservatus posset currere infinito tempore quia qua ratione per vnam horam eadem per infinitum tempus et quo virtus non fatigatur nec dimittitur.

Oppositum intendit Aristoteles in isto

octauo concludens sic quod quidem igitur non contingit finitum in infinito tempore mouere manifestum est Aristoteles ponit istam conclusionem quod impossibile est mouens finitum mouere per infinitum tempus quam intendit probare sic supponendo quod si mouens est finitum oportet mobile esse finitum quia virtus mouentis debet excedere virtutem mobilis et non excederet si mobile esset infinitum tunc ergo ponamus secundum aduersarium quod a mouens finitum moueat b mobile finitum per tempus c quod est infinitum tunc iterum ponamus quod medietas ipsius a moueat medietatem ipsius b sequitur quod mouebit eam in minori tempore quod esset tempus in quo a mouebat b quia mouebit eque velociter et tamen dictum est in sexto libro quod pars in minori tempore mouetur quod totum scilicet in pertransitu ad aliquod signum medietas enim naui minus tempus apponit ad pertransitum pontis quod tota naui. Ex his sequitur quod illud tempus in quo medietas mouentis mouet medietatem mobilis erit finitum quia erit minus quod tempus c et tamen omne tempus minus alio oportet esse finitum et pari ratione alia medietas ipsius a mouebit aliam medietatem ipsius b in alio tempore finito ergo totum a mouebit totum b in tempore composito ex duobus temporibus finitis et tale compositum ex finitis secundum magnitudinem et multitudine oportet esse finitum ergo a mouet b in tempore finito et non in tempore infinito quod est contra positionem aduersarii ista est ratio Aristotelis que est difficillima ad sustinendum primo enim ipsa supponit falsum scilicet quod motor et mobile diuidentur dicemus enim quod mobile est orbis lune et motor intelligentia sibi appropriata et orbis lune non potest diuidi naturaliter nec intelligentia aliquo modo. Secundo si ratio haberet efficaciam sequeretur quod nullus motor moueret per infinitum tempus quod est contra Aristotelem in isto octauo dicentem primum autem mouens perpetuum mouet motum in infinito tempore consequenter patet quia a quocumque motore huius finiti huius finiti mobile moueatur pars in minori tempore mouetur in pertransitu ad aliquod spacium quod totum et tunc ultra perficiatur ratio sicut prius. Tertio responderem illi rationi Aristotelis quod licet virtus finita vel etiam infinita non possit mouere per infinitum tempus in pertransitu semel aliquod signum tamen non probat quod infinitas reiterando possit mouere tempore infinito sicut dicerem de motore lune licet finitus poneretur. Quarto quia sufficit ad mouendum perpetuo tempore virtus quicquid parua diu tamen ipsa sit transmutabilis quia talis quia ratio potest mouere per vnam horam et eadem ratione per omne tempus. Item illa ratio argueret quod omne mouens per tempus infinitum esset infinitum quod est falsum quia omnes intelligentie celestes mouent corpora celestia per infinitum tempus et tamen non omnes sunt infinite virtutis cum quedam sint minoris virtutis et

alie maiores ut quilibet intelligenti satis constat. Item Aristoteles non potest intendere de finitate vel infinitate virtutis secundum durationem quia ipse dicit quod virtus infinita non potest esse finita quod est manifeste falsum de infinitate durationis cum omnes motores celestes preter deum sunt finite virtutis finem vi gorē cum tamen moueant per infinitum tempus. Ad primam dubitationem soluit Egidius subtiliter quod licet intelligat gēta sit indivisibilis tamen vna bene dicitur maioris potentie quod alia secundum denotationem ab opere suo que enim potest mouere maius mobile ceteris paribus dicitur maioris potentie et que etiam potest mouere velocius ceteris paribus dicitur maioris potentie ergo accepto motore lune et orbis eius deus potest facere orbem in subduplo minorem et potest creare alium motorem eque velociter mouentem istum orbem sicut motor lune mouet orbem lune et sic ille ad illum erit tanquam dimidius et sic de tali modo diuisibilitatis potest intelligi suppositio Aristotelis. Sed commentator etiam dat aliam solutionem sufficienter dicens quod istum processum ponit Aristoteles finaliter ad concludendum quod primus motor sit in diuisibilis et non extensus extensione magnitudinis igitur Aristoteles non supponit simpliciter quod mouens sit diuisibile sed supponit quod esset diuisibile esset in magnitudine extensus sicut ponit et aduersarius esset enim diuisibilis sic quod haberet partem extra partem ideo non concluditur hic nisi quod impossibile est virtutem finitam extensam in magnitudine mouere per tempus infinitum et hoc sufficit ad concludendum intentionem sic si primus motor esset in magnitudine extensus sicut ponit aduersarius vel ipse esset finitus et tunc non moueret per tempus infinitum sicut probat illa ratio vel esset infinitus et tunc vel esset in magnitudine finita vel infinita non infinita quia non est dare eam nec finem sicut dicitur postigitur non esset in magnitudine ue quod finalis volumus probare. Ad secundam dubitationem respondet beatus Thomas quod Aristoteles non vult hic probare quod nulla virtus finita possit mouere per tempus infinitum sed vult probare quod nulla virtus finita possit mouere per tempus infinitum tanquam prima causa infinitatis motus et hoc intendit concludere infinitatem primi motoris. Tunc igitur notat beatus Thomas quod tripliciter potest imaginari motus infinitus vno modo ex infinitate spacii. Secundo modo ex infinitis reiterationibus in eodem spacio finito. Tertio modo ex infinitate mobilis modo infinitas motus que esset ex infinitate mobilis si esset esset magis per se in intrinsece continens motum quod infinitas et spacio vel ex reiteratione et prima causa infinitatis motus debet comparari ad infinitatem motus magis per se in primis ideo talis debet dari primus motor qualis esset si moueret mobile infinitum. Sed ista dicta beati Thomae non apparent michi valere quod absurdum est quod illa debeat dici primo et per se infinitas motus que est impossibilis et absurdum est etiam quod ipsa causa infinitatis motus debeat comparari ad infinitatem motus possibilem et tamen infinitas ex infinitate mobilis est impossibile quia dictum est in tertio libro quod impossibile est esse magnitudinem infinitam et etiam si illa esset non esset possibile eam moueri simul totam prout declaratum est in primo celi. Et iterum illa dicta beati Thomae

non sunt ad intentionem Aristotelis qz secundū illū il-
la ratio non concluderet nisi de motore totaliter pri-
mo et intentio Aristotelis est qz concludit de omnibus
motoribus corporum celestium unde cū in duodecimo
metaphysice resumpisset recipiendo processum quē
fecit in isto octavo ad concludendum motorem immo-
bilem perpetuū separatū a magnitudine et infinitū
per hoc qz movet per tempus infinitum ipse statim qz
fuit utrum ponendum est unicam esse talem substan-
tiam siue talem motorem vel plures et determinavit qz
plures secundum pluralitatem motuum celestium.
¶ Egidius autem sicut michi videtur probabilius sol-
vit illam scdam dubitationē qz motor celi movet ipsū
celum infinitis reiterationibus et sic infinito tempo-
re ideo comparatur ad celum tāqz infinitis acceptū
cuius partes imaginande sunt celum ut semel vel bis
vel decies acceptum sic enim pars in minori tempo-
re transit signum qz totum et minor pars in minori
tempore qz maior verbi gratia celum transit signum
orientis in minori tempore semel reuolutum qz bis et
ter bis reuoluta qz decies quilibet ergo celestis orbis po-
nit ad ipsū cōparatur intelligentia est tanqz infinitū mo-
bile et non est ibi medietas imo qz totū ipse dato est
maius. ¶ Ad tertiam dubitationem conceditur qz nō
nisi infinitis reiterationibus potest infinitari motus h
huiusmodi infinita reiteratione sequitur infinitas mo-
toris sicut dicebatur in solutione precedentis dubita-
tionis et etiam dicitur post. ¶ Ad quartam dubitatio-
nem evacuandum expedit prius soluere quintam et se-
xtam unde statim ad quintam dicendum est qz ratio
Aristotelis probat de omni motore immobili mouens
te per infinitum tempus qz ille est infinitus illa infini-
tate de qua hic intenditur et que prius declarabatur iō
nec illo modo aliquis motorū celestium est minoris aut
maioris virtutis qz alius sed quilibet infinitus sed p-
pter sextam dubitationem. ¶ Notandum est qz duplici-
ter imaginatur infinitas motus vno modo secundum
vigorem alio modo secundum durationē infinitas vir-
tutis secundum vigorem vocatur secundum quā mo-
tor possit etiā oī velocitate data vel debili mouere ve-
locius et secundum quā etiam posset omni mobili da-
to vel debili mouere maius magnitudo enim vigoris
attenditur qz velocitate motus vel ex magnitudine mo-
bilis arguitur et sic possumus arguere qz motus dis-
turbus sit maioris vigoris qz alii motores celestes qz
mouet maius mobile puta totum celum et valde velo-
cius ideo sic est concedendum qz alii motores nō sūt
infiniti secundum vigorem licet moueant per tempus
infinitum propter qd cū dicitur sit qz ratio Aristotelis
sit communis omnibus motoribus celestibus sequitur
qz ipsa non debet intelligi de infinitate vigoris verius
est qz caualiores potest dicere qz ex paruitate mobilis
et parua velocitate motuum tu non posses arguere p-
uitatem virtutis propter hoc qz ille intelligentie mo-
uerent per voluntatē liberā ideo nō opz qz moueāt qz
cum fortius possunt sed quātum volunt et de hoc ego
credo qz cum nos ex fide ponamus deum esse infinitū
vigoris non potest bene fieri demonstratio ad probā-
dum qz preter ipsum deum oporteat ponere alios mo-
tores celestes non solus enim deus posset mouere om-
nes celos huius mundi immo etiam creare mille mū-

dos alios et mouere omnes celos eorum. ¶ Sed Ari-
stoteles visus ē hoc nō credere imo credidit qz vna in-
telligentia propter eius simplicitatē non moueret nisi
si vnum motum et qz quilibet moueret qz tūc pos-
set velociter quia quous moueant per velocitatem ta-
men Aristoteles credidit qz non possunt velle moue-
re velocius aut tardius qz nō voluerunt qz ab eterno
mouerunt et sic predicta essent dicta consequenter ad
opinionem Aristotelis. ¶ Infinitas autem virtutis se-
cundum durationem vocatur secundum quam motor
potest mouere suum mobile per infinitum tēp⁹ et isto
modo apparet qz omnis motor celestis est infinitus cū
moueat per infinitum tempus sed contra hoc obicie-
batur quia de illa infinitate virtutis loquebatur Ari-
stoteles cui repugnat esse in magnitudine vel appare-
bit post quia propter infinitatem virtutis primi mo-
toris ipse concludit ipsum non posse esse in magnitu-
dine sed infinitas secundum durationem nō repugnat
esse in magnitudine virtutis enim solis est in magnitu-
dine et est tamen infinita secundum durationem.
¶ Item valde planum est et notum si primus motor
mouet per infinitum tempus qz ipse est infinitus se-
cundum durationem ideo Aristoteles valde iuuauit
laborauit sed non voluit probare aliam infinitatem
primi motoris qz secundum durationem immo ponē-
do principii primi errauit probādo illud qd est clarū
per illud quod est valde obscurum propter istas du-
bitationes. ¶ Notandum est qz infinitas durationis est
vno modo in essendo et hoc conuenit omnibus perpe-
tuis siue sint corpora siue separata a magnitudine ideo
de tali infinitate non intendit hic Aristoteles alio mo-
do infinitas durationis in mouendo actiue que atten-
ditur penes mouere per infinitum tempus sed adhuc
huiusmodi infinitas debet imaginari duplex vna vo-
catur actualis alia potentialis actualis dicitur quan-
do motor semper hz simul in actu huiusmodi disposi-
tionem scilicet secundum quam mouet per infinitum
tempus dico igitur qz virtus sic actualis infinitatis
et virtus potētiālis infinitatis in hoc conueniunt quia
vtraqz mouet per infinitum tempus sed differunt qz
motor actualis infinitatis est intransmutabilis cū ha-
beat semper et simul omne quod in eo requiritur ad
semper mouendum non indiget qz vno qz mutetur sed
motor potētiālis infinitatis est transmutabilis cū
nō habeat simul et in actu omnem dispositionem secū-
dum quam mouet per infinitum tempus indiget si de-
beat mouere per infinitum tempus qz huiusmodi dis-
positionem recipiat et sic qz transmutetur deus igitur
qui est intransmutabilis et alii motores celestes si
sint intransmutabiles essent infiniti actuali infinitate
durationis quia quilibet eorum per dispositionem quā
simul et actu habet compararetur ad infinitum mo-
tum mobile infinitis sumptum sicut est dicebatur h
sol et astra non sunt sic infiniti actuali infinitate sed po-
tentiali in mouēdo quia nō semper mouerent nisi mo-
uerentur motu quem non habent totū simul et in actu
et sic intelligendo qz sol non semper moueret si nō mo-
ueretur qz illud quod esset sub se calefaceret ad extre-
mum siue possibilitatis et tunc non amplius calefa-

ceret ipm quia non esset amplius calefactibile et sic si to-
tum celum nunqz moueretur quilibet plagam terre
alteraret ad summum secundum exigentiam sui et tūc
non amplius ageret vlli forte hoc esset secundum mo-
dum alibi dictum scilicet qz sol in calefaciendo cōuer-
teret totā aquam que esset sub se in aerem vel in ignē
et in parte opposita terre totus aer propter frigidit-
tatem conuerteretur in aquam et tamen cum illic est
maxime aque cumulus illa aqua per suam grauitatē
moueretur ad locum decliniorē ad illam partem sub
sole et ita semper veniret aqua ad solem sed adhuc ap-
paret qz propter hoc sol non deberet dici p-⁹ie infini-
tus actuali infinkate durationis in mouendo qz vel
indigeret moueri ad hoc quod semper ageret vel in-
digeret motore extrinseco applicante sibi passus sic er-
go solute sunt obiectiones que fiebant Aristoteles et
hic volebat loqui de illa actuali infinitate durationis
in mouendo et illi bene repognat esse in magnitudine
qz sic infinitū debet esse immobile et intransmutabile et
omne existens in magnitudine est mobile ad motum
illius magnitudinis nec etiam erat manifestū qz ali-
quod mouens per tempus infinitum esset illa actus
li infinitate infiniti ideo non in vanum laborauit Ari-
stoteles in declarando huiusmodi infinitatem primi
motoris nec fuit intentio Aristotelis cōcludere qz om-
nis motor mouens per infinitum tempus esset sit infi-
nitus et hoc sufficiebat ad concludendum de priore mo-
tore et huiusmodi infinitate cum fuerit probatum qz
ipse mouet per infinitū tēpus et qz ipse est immutabilis.
¶ Tunc ergo respondendum est ad quar-
tam dubitationem qz ad talem infinitatē virtutis mo-
uentis sufficit qz sit intransmutabilis et semper appli-
cato suo mobili siue indigenia alteri motoris appli-
cantis et huiusmodi sunt motores celestes secundum
intentionem Aristotelis et non alii motores scz in ma-
gnitudine existentes et p-⁹ dicta ista omnes rationes
que in principio questionis fiebant apparet solute Ari-
stoteles enim in principio huius loquebatur de finita
vel infinitate extensionis sic enim non est subā vel
qualitas infinita si predicte conditiones sibi conueni-
rent sed non sibi conueniunt nec Aristoteles credidit
qz deus potuisset eam sic conseruasse sine diminutione
et fatigatione et tamen istam questionem non intendi-
mus hic tractare ad simpliciter asserendum aliquid
sed ad declarandum que fuit hic intentio Aristotelis
et quomodo haberet aliquam p-⁹ationem et etiam si
deus vellet sic conseruare istam virtutem cursum for-
tis que per suam naturam est transmutabilis et fatiga-
bilis non propter hoc esset infinitas attribuenda illi
virtuti sed deo.

Queritur decimo vtrum virtus
infinita potest esse in magnitudine finita ar-
guē qz sic quia virtus solis est in magnitu-
dine finita et tamen est infinita saltem secundum du-
rationem in essendo et in mouendo siue in agendo cū
per infinitum tempus agat in ista inferiora. ¶ Item
celum habet infinitam operationem saltem passiuē et
go habet infinitam virtutem passiuam et hoc est ratio
nabile quia cū omni virtuti actiue debeat correspondere
passiua videt qz virtuti actiue infinite dē correspondere in

finita passiuā et tamen virtus actiua in celum scilicet
mouens ipz est infinita cū moueat per infinitum tē-
pus igitur et.
¶ **Oppositū determinat Aristoteles in**
octavo huius et in duodecimo metaphysice et com-
mentator dicit qz omni forme in corpore est potentia
finita siue sit actiua siue passiuā cū sit dimisibilia di-
uisione corporis et omne corpus est infinitum et omne
dimisibile secundum diuisionem aliquis finiti prop-
tionabiliter est finiti. ¶ Et redo qz Aristoteles hic in-
debat loqui de potentia actiua et non de passiuā iō
primo de actiua dicemus sed quia commentator fes-
cit mentionem de passiuā ideo consequenter dicem⁹
de eis Aristoteles igitur ponit istam conclusionem qz
impossibile est in magnitudine finita esse potentia in-
finitam scilicet extensam extensione illius magnitudi-
nis. ¶ Et secundo etiā ponit istam cōclusionem qz im-
possibile est potentiam finitam esse infinitā magnitu-
dine et ad probandum priamā conclusionem ipse pri-
mo supponit qz potentia maior mouet idem mobile
in minori tempore scilicet in pertranscundo aliquod
signum qz potentia minor et hoc est quia moueret ipz
velocius et ideo non equali tempore moueret idē mo-
bile potentia finita et potentia infinita. ¶ Primo ergo
supponit qz infinita moueret in minori tempore qz al-
qua finita. Secundo supponit qz omne quod mouetur
mouetur in tempore et ita nichil potest moueri in in-
stanti tunc arguitur qz sic si in magnitudine finita es-
set virtus infinita sequitur qz virtus infinita et vir-
tus finita eque velociter mouerent idem mobile con-
sequens est contra priamā suppositionem et conse-
quentia probatur quia sumatur mobile qz potentia finita
potest mouere in aliquo tempore potētia infinita eti-
am potest ipsum mouere quia quod potentia minor
potest mouere illud potentia maior potest mouere et
illa potentia infinita mouebit illud mobile in aliquo
tēpore non in instanti per secundam suppositionem h
tamen in minori qz illa potentia finita tamen erit cer-
ta proportio huius temporis ad illud tempus et gra-
tia exempli sit primum tempus ad secundum centu-
plum tunc ergo quia maior virtus mouet in minori tē-
re ponamus qz illa virtus finita centupletur et si ipsa
mouebit in subcentuplo tempore et hoc est tēpus quo
infinita mouebat et tamen illa virtus finita centupla
adhuc est finita ergo finita et infinita equali tempore
et eque veloci mouebunt vel arguitur sic sequitur qz
illa virtus infinita moueret in instanti quod est contra
secundam supponem p-⁹equencia patet quia ex quovir-
tus maior mouet velocius secundum illam propor-
tionem secundū quam est maior et virtus infinita es-
set in infinitū et sine proportionē maior qz finita sequi-
tur qz moueret in infinitum et sine p-⁹portionē veloci⁹ qz
finita quod non esset nisi moueret in instanti si est mo-
ueret in tempore esset proportio tēporis ad tēpus et p-
consequens velocitatis ad velocitatem. ¶ Sed con-
tra istam p-⁹cedum Aristoteles sunt plures dubitationes.
¶ Prima est quia ratio videtur supponere falsum. i.
qz potentia finita possit mouere illud mobile qd poten-
tia infinita mouet diceret enim aduersarius qz pri-
mus motor qui est infinitas mouet primum mobile et
illud nulla potentia finita posset mouere. ¶ Sec-
cūda dubitatio est contra secundam rationem quia

ita capit q. virtus finita possit augeri q. tunc placet
ut decuplando vel centuplando et hoc aduari? si
ceret esse falsum qui a virtute intelligentie vel tot? ce
li non potest sic augeri ultra vel multiplicari licet po
nat finit. ¶ Tertio beatus Thomas sic dubitat co
tra scdm rationem quia quod debetur alicui per se
non auferretur ab eo ppter quodlibet aliud positu
per se debetur motui q. sit in tempore et non in instan
ti igitur non esset motus in instanti siue in non tempo
re licet virtus infinita siue in magnitudine siue extra
quarto pmentator in duodecimo methaphysice sic u
bitat idem est iudicium in proposito siue potentia mo
uens infinita sit in magnitudine siue non vtrabiq. et
maior potentia mouet velocius ideo vel ratio no va
let vel probat q. etiam nulla est virtus infinita siue in
magnitudine siue separata quod est contra Aristote
lem qui primum motorem propter eius infinitatem ponit
separatim a magnitudine. ¶ Item q. quanto dubitatur quia
ad magnitudinem virtutis duo pertinent scz diurni
tas motus et velocitas motus motor est potest ve
locius et potest diuturnius mouere ideo si esset infini
ta siue in magnitudine siue extra sequitur etiam infini
ta velocitas vel infinita diuturnitas. ¶ Item sexto du
bitatur quia manifestum est q. hic Aristoteles inten
dit de finitate vel infinitate secundum vigorem quia
de magnitudine vigoris et non de magnitudine dura
tionis habet suppositio ista suam veritatem quia alia
virtus mouet velocius et post in alia questione inten
debat de finitate secundum durationem et non secun
dum vigorem sicut ibi dictum est et per consequens sil
logismus quem pri? fecit Aristoteles non valet quia
comittit fallaciam equiuocationis arguit enim sic nul
la potentia infinita est in magnitudine finita hoc pba
tur potentia primi motoris est infinita ut post pba
tur quia mouetur per tempus infinitum ergo non est
in magnitudine si ergo exprimes glosas apparebit
q. nullus erit sillogismus. si nulla potentia infinita
scdm vigorem est in magnitudine potentia primi moto
ris est infinita secundum durationem igitur. ¶ Ad prima
dubitationem dicendum est breuiter q. non supponebam?
qd potentia finita posset mouere o. mobile qd infinita
posset mouere s. e. conuerso. ¶ Ad secundam dubitationem di
cendum est q. licet potentie corporis celestis vel intel
ligentiaru no possint augeri vel duplicari naturalit? ta
men omni potentia finita posset deus facere maiorem in
quacumq. proportionem placeret sibi dico maiorem secun
dum denominationem ab opere et tunc procederet ras
tio. ¶ Ad tertiam dubitationem diceretur q. nunq. ex
suppositione possib. sequitur q. motus fieret in instan
ti sed ex suppositione impossib. hoc bene sequeretur
quia ad impossibile sequitur quodlibet. ¶ Ad quartam
dicit beatus Thomas q. non est simile de virtute ex
tensa in magnitudine et de virtute separata quia sepa
rata est intellectualis et voluntatis libere ideo no opo
rtet talis potentia sit finita q. motus sit infinite veloci
tatis sed hoc sequitur de virtute extensa finita quia il
la non est intellectualis nec libera sed mouet q. potest
est fortius secundum exigentiam circumstantiarum s.
forte q. illa solutio non fuisset secundum intentionem
Aristotelis qm propter immutabilitatem illarum sub
stantiarum separataram videtur credidisse q. no pos
sent velle mouere velocius q. de facto mouent sed ta

men verba predicta beati Thomae non sunt reproban
da licet non sunt de intentione Aristotelis. ¶ Et si nos
volamus explanare intentionem Aristotelis dicendo
consequenter ad suam opinionem nos dicerem? q. Ari
stoteles hic intendebat probare q. nulla virtus infini
ta actuali infinitate est in magnitudine finita siue sit
infinita secundum vigorem siue secundum durationem in
mouendo et ideo quia dictum est q. infinita actuali in
finitate durationis in incipiendo debet esse intrinse
tabilis manifestum est q. non debet esse in magnitu
dine ideo no restabat nisi etiam probare q. infinitas
scdm vigorem non esset in magnitudine et forte Ari
stoteles concessisset quod ratio probat q. nulla sit in
finita secundum vigorem sed ad propositum suffices
bat sibi concludere de virtutibus in magnitudine ex
istentibus. ¶ Ad quintam dubitationem dicitur q. no
secundum eandem rationem dicitur magnitudo secundum
vigorem et scdm durationem ideo nichil est inconueni
ens aliquam potentiam esse alia maiorem vigore et mi
nor duratione vel e conuerso nec est inconueniens ean
dem esse infinitam duratione et finitam vigore. ¶ Ad vi
timam dictum est q. hic Aristoteles intendit vniu
saliter de omni modo actualis infinitatis. siue secun
dum vigorem siue secundum durationem in mouendo
quia propter intransmutabilitatem potentie acti infi
nitae scz durationem apparebat q. ipsa no esset in ma
gnitudine ideo descendebat ad probandum hoc de in
finitate secundum vigorem tunc valet sillogismus Ari
stotelis fiat sic nulla potentia infinita actuali infinita
te siue scdm vigorem siue secundum durationem est in ma
gnitudine ut declaratu? est quilibet motor celestis et
primus motor est sic infinitus ut dicebatur prius cus
moueat per infinitum tempus igitur. ¶ Dico autem
de virtutibus actiuis expeditio me breuiter de passiuis
et dico q. virtus passiva tanto dicitur potentior in pa
tendo q. potest pati a debiliore actu ideo si ab in
finito debili actiue potest materia prima pati ipsa est in
finita passibilitatis nec contra hoc valet ratio comen
tatoris. q. materia est diuisibilis diuisione magnitu
dinis finite quia licet ipsa inde fiat minor secundum ex
tensionem tamen non inde fit minus passibilis. ¶ Et tunc
venio ad probandum secundam conclusionem principalem
Aristotelis scilicet q. impossibile est in magnitudine in
finita esse virtutem finitam et hoc itam manifestum
est quia impossibile est esse magnitudinem infinitam
sed intentio Aristotelis est q. licet concederetur infinita
magnitudo tamen non potest sustineri q. in ea esset vir
tus finita tali modo q. illa virtus esset extensa per il
lam totam magnitudinem. ¶ Ista conclusio patet faci
liter quia sicut illa magnitudo esset infinita ad quam
non esset possibile attingere per quancumq. multitu
dinem allicuius finite magnitudinis date ita poten
tia esset infinita ad quam non attingeretur per qua
cumq. multiplicationem allicuius partis eius finite da
te sed aliqua parte finita potentie existentis in magni
tudine infinita data nunq. per eius multiplicationem
attingeretur ad potentiam corporis finiti ergo illa est
infinita et non finita minor patet ponendo q. corpus
finitu? sit a b cuius aliqua pars finita sit b c ista pars
habet aliquam virtutem finitam que est pars virtu
tis magnitudinis ab infinite sit ergo d e virtus ma
gnitudinis a b et f g sit virtus partis b c q. tunc igitur

multiplicatur b c tantum multiplicabitur f g et non
attingitur ad virtutem de nisi attingatur ad magni
tudinem a b s. per quancumq. multitudinem magni
tudinis b c nunq. attingitur ad magnitudinem a b er
go similiter per quancumq. multiplicationem virtutis
f g nunq. attingitur ad virtutem d e ergo illa est infini
ta. ¶ Item quia in maiori corpore est maior virtus p
portionabiliter sicut se habet magnitudo a b ad par
tem eius b c ita se habet virtus d e ad partem eius f g
sed magnitudo ab in infinitu et sine proportionem exce
dit magnitudinem b c ergo similiter virtus d e in in
finitu et sine proportionem excedit virtutem f g quod no
esset nisi esset infinita. ¶ Et ex dictis apparet satis quo
modo rationes procedunt et sic est finis decime que
stionis.

Sequitur questio undecima.

Queritur undecimo vtru? prim?
motor scilicet deus sit infinite vigor? Argui
tur q. sic quia Aristoteles hic et in duodeci
mo methaphysice probat primum motorem esse infi
nitum tali infinitate cui repugnat esse in magnitudi
ne et illa non est infinitas durationis cu? sol sit infi
nitus ergo. ¶ Item omnes coe?dunt deum esse in
finitum durationis et idem est eius duratio et eius vigor
igitur. ¶ Et sic sillogismus expositus sit duratio dei
est infinita et duratio dei est vigor dei igitur. ¶
¶ Item finitum dicitur quia habet finem et vigor dei
non habet finem nec aliam aliquam causam quia eide
q. ipse deus igitur vigor dei non est finitus ergo est in
finitus et confirmatur q. ille vigor dei no est sic finit?
quia est indiuisibilis et indiuisibile non est finitum ut
dicitur primo huius igitur. ¶ Item per rationem thom
ae quia primus motor qui est deus est prima causa in
finitatis motus et talis debet comparari ad infinita
tem motus que esset magis per se et prima cu? triplici
ter possit imaginari motus infinitus scz ex infinitate
spacii et ex infinitate reiterationibus in eodem spacio fi
nito ex infinitate mobilis infinitates sunt magis acci
dentales et extrinsece. ¶ Tertia autem esset magis per
se et magis intrinseca et prima ergo talis debemus di
cere esse deum qualis esset si moueret mobile infini
tum sed constat q. ipse esset infinitus? secundum vigorem
igitur dicendum est q. est infinitus secundum vigo
rem. ¶ Item per rationem Egidii quia infinitas secun
dum durationem non est infinitas nisi per modum exten
sionis cuius tempore si no sit alius motus infinitatis sed
infinitas secundum vigorem est magis per modum inten
sionis et isto modo intensio est potentia dei infinita in mo
uendo cu? deus per illud qd actu et simul habet de vir
tute non descendente ab alio moueat per infinitu? re
pus ergo ipse est infinitus? in vigore. ¶ Item aliqui theo
logi arguunt sic agens reducens effectum de maiori
distantia ad actum est maius siue maioris virtutis et
secundum vigorem ergo reducens de infinita distantia est in
finitus? in vigore sed deus reducitur de infinita distantia q.
ex nichilo creat aliquid et infinita est distantia entis
ad non ens igitur.

Oppositum arguitur quia magnitudo
potentie non potest argui ex magnitudine operatio
nis sed nulla apparet operatio infinita nisi secundum
durationem nullus enim motus apparet esse infiniti mo

bilis vel infinite velocitatis igitur non potest bñ ar
gui q. aliquis motor sit infinitus nisi secundum dura
tionem. ¶ Item tertio huius dicit Aristoteles q. infini
tu? habet rationem paritatis vel imperfecti et nichil tale co
petit deo. ¶ Item deus est finis oim igitur non est in
finitus pna pty quia vni oppositoru? no denominat rei
quum siue in abstracto suo in concreto nec cum habitus
est priuatus nec habitus est priuatio nec albedo est ni
gra nec albedo est nigredo nec visus est cecus nec vis
us cecitas ergo fingamus nomen priuatiue oppositu?
finit quod sit infinitus sequitur q. finis no est finis nec
infinitus. ¶ Item commentator octauo huius dicit q.
dupliciter potest imaginari potentia motiua infinita vno
modo quia actio eius nunq. cessat alio modo quia o.
velocitate finita potest velocius mouere et hoc vltimo
modo dicit esse impossibile si motus fieret in continuo.
¶ Item notandum est q. hoc nomen vigor spectat ad po
tentiam actiuam in coparatione ad magnitudinem passi
vel ad modum actiois potentia enim que posset moue
re maius mobile ceteris paribus diceretur maioris vi
goris vel etiam que posset mouere velocius ceteris pa
ribus et si esset potentia non libere vel etiam potentia
libera que moueret quum posset velocius tunc illa es
set maioris vigoris que moueret ceteris paribus ma
ius mobile vel velocius sed hoc nomen duratio dicit
in comparatione ad tempus et hoc sepe diffonat etiam in
nobis sepe ei currentes velocius citius fatigati sunt.
¶ Item notandum est etiam q. predicata deo attributa no
supponunt pro alio et alio nec significat aliud et aliud
in ipso deo sed tamē differunt bene secundum rationem p
ut debet videri in duodecimo methaphysice idcirco vni
predicato potest addi aliqua determinatio que no po
test addi alteri vt ab eterno est cognoscens me et no
ab eterno est creans me et ita si dicamus q. deus est du
ratio infinita non sequitur q. debeamus dicere q. de?
sit vigor infinitus licet sit idem vigor dei et duratio dei
et ex his etiam apparet q. nichil valet argumentu? de
us est vigor et est infinitus igitur est vigor infinitus si
cut non valet fortis est bonus et est clericus igitur est
bonus clericus. ¶ Sed bene valet istud argumentu?
duratio dei est infinita et illa duratio dei est vigor dei
ergo vigor dei est infinitus sicut bene sequitur iste est
bonus et est clericus igitur clericus est bonus sed non
sequitur ultra igitur est bonus clericus et ita etiam no
sequebatur vigor dei est infinitus ergo est vigor infi
nitus quousque igitur omnes concederent q. deus est du
ratio infinita tamē multi dubitarent vtrum ipse sit ef
fentia infinita perfecte infinita et etiam vigor infini
tus videamus ergo primo de infinitate essentie seu p
fectionis diuine et postea de infinitate potentie dictu
tur autem finitas vel infinitas essentie vel perfectio
nis essentialis prout hoc nomen infinitum esset deter
minatio infinita appositae predicato quidditatio vel
perfectio ad predicatorum non respectu ad operationem
vel ad tempus aut ad aliud extrinsecum finitum vel
infinitum igitur de finitate vel infinitate essentiali
debeamus dicere oportet distinguere hoc nomen in
finitum vel actum finitum vno enim modo finitas acci
pitur pro determinatione ad alteram partem contra
dictionis unde sic Aristoteles aliquando vocauit ma
teriam primam infinitam quia nulla forma vel dispositio
sibi determinat sic etiam vocauit pingues ad vitulibus in
q. viii.

finitum et isto modo deus est summe finitus in esse do quia necessarius et nullo modo possibilis non esse immo sic nichil aliud est finitum in essendo quia omne aliud potest non esse. ¶ Secundo modo finitas dicitur per se sive secundum vocabuli put inueniuntur in mensuris et mensurabilibus ita quod illud dicitur finitum quod per aliquod minus sui generis multoties replicatum potest mensurari vel etiam excedi et huic finiti duplex opponitur infinitum unum negativum aliud privativum negativum dicitur infinitum quod sic non est finitum nec aliquid sui speciei est natus sic esse finitum sicut vox dicitur inmensibilis ut habet in re etio huius et manifestum est quod deus sic est infinitus non est aliqua parte sui vel aliquo alio mensurabilis nec potest esse mensura aliquid alterius per adaequationem illius ad illud caret enim magnitudine et divisibilitate quas habere debent ea que sunt de generibus mensurarum et mensurabilium sed predicto modo capiendi finiti opponitur privativum infinitum quia est de genere mensurabili vel secundum magnitudinem vel secundum multitudinem si non est mensurabile quia non habet terminum et res non est mensurata donec veniat ad terminum eius ultra quem nichil est illius et constat quod deus sic nec est finitum nec infinitus cum omnino secundum essentiam careat magnitudine et multitudinem et divisibilitate. ¶ Et tertio modo de finitum vel infinitum transumptum ad similitudinem finiti vel infiniti predicto modo acceptorum infinitum est secundum magnitudinem si esset eorum quidam proprietates una est quod magnitudine infinita si esset nulla posset esse maior. ¶ Secunda quod ipsa est omni finita maior. Tertia quod nulla magnitudo minor quicquid multiplicata posset ad illam infinitam attingere finiti autem proprietates secundum magnitudinem sunt proprietates oppositae omni magnitudine finiti potest esse maior et omnem magnitudinem finitum attingeret in non excederet omni minor aliquoties multiplicata ergo ad similitudinem huius finitatis et infinitatis aliquid dicitur infinitum secundum perfectionem quia est omni alio perfectius et nullum minus perfectum quicquid multiplicatum potest attingere ad eius perfectionem et isto modo manifestum est quod deus est infinitus est enim omni alio perfectior tali modo quod si esset ex infinitis hominibus aggregatio adhuc esset perfectior illa aggregatio enim imo etiam dicitur quod talis est ordo in perfectionibus speciei substantiarum quod illa de inferiori specie quicquid multiplicata non attingerent ad gradum perfectionis essentialis unius suppositi de superiori specie unum enim homo diceret perfectior perfectione essentiali quam mille equi et unius mus quam infiniti lapides si de hoc vel equo quomodo sit finitus vel infinitus secundum perfectionem dicendum est quod secundum similitudinem ad magnitudinem finitum omne ens aliud a deo potest dici finitum secundum perfectionem quia sicut omnis magnitudo dicitur finita quia est alia maior ita omne illud dicitur finitum secundum perfectionem quo est aliud perfectius sed omni alio a deo est aliud perfectius scilicet deus igitur etiam secundum alium modum similitudinis ad infinitatem magnitudinis homo diceret finitius respectu equi magnitudo enim diceretur infinita si aliqua minor quicquid multiplicata non posset eam attingere vel etiam excellere sic etiam perfectio essentialis hominis est infinita respectu equi quia perfectio equi quicquid multiplicata non attingeret ad gradum perfectionis humane sicut dicebatur et ita be-

ne dicebatur in septimo huius quod aliquis non sunt ad unicum comparabilia secundum illud quod non inuenitur in eis esse de speciei put alias dictum fuit sic igitur homo diceret perfectionis finiti respectu superiorum et infinite respectu inferiorum et sic de equo et de aliis speciebus in ordine essentiali entium et ex hoc concluditur quod deus est valde infinitus et ineffabiliter infinitus secundum perfectionem sic enim planum infinitum est respectu lapidis et mus respectu plante et equus respectu muris et homo respectu equi et angelus respectu hominis et adhuc credo quod super omnes creaturas que sunt deus infinitas alias potest creare diversarum specierum et quarum quibet esset in infinitum perfectior sua inferiori et tamen omni deus esset perfectior in infinitum et hoc est infinitus et inenarrabilis est infinitum secundum perfectionem et essentiam. ¶ Item etiam quia finitum dicitur a fine aliquid posset dici finitum quia habet finem gratia cuius est et infinitum quia non habet finem ita solus deus diceretur infinitus non enim habet finem gratia cuius sit nec aliqua aliam causam sed est finis omnium aliorum. ¶ Adhuc alio modo dicitur infinitum secundum durationem in essendo et sic omne perpetuum dicitur finitum sed habet multa esse ut perpetua secundum opinionem Aristotelis tamen deus omnibus aliis est infinitior et per consequens infinitissimus quia est alia causa infinitatis et propter quod unumquodque tale et illud magis sic enim arguit Aristoteles secundo methaphysice quod prima principia entium oportet esse verissima et maxime entia hunc dicendum est de infinitate potentie que attenditur in ordine ad operationem cuius una dicitur secundum durationem in mouendo et alia secundum vigorem prout ante dictum est etiam dictum fuit quod deus est infinitus secundum durationem in mouendo etiam actuali infinitate et ita etiam diceret Aristoteles de omnibus intelligentiis mouentibus corpora celestia sed de infinitate secundum vigorem credo quod Aristoteles disposset sicut commentator scilicet quod nulla esset potentia infinita secundum vigorem quia nullum apparet nobis effectus ex quo per rationem ortum habentem ex sensatio posset euidenter conuinci quod esset aliqua talis potentia non enim apparet nobis maius mobile quam celum nec maior velocitas quam motus diurni nec Aristoteles putauit quod deus posset facere vel mouere maius mobile vel maiori velocitate et ad probandum arguisset per immutabilitatem voluntatis diuine sed hoc dictum fuit satis in principio huius octauae aliquid aliter volunt arguere contra Aristotelem per libertatem voluntatis certum enim est quod voluntas dei est summe libera et non esset libera si non posset in actus oppositos ut si non posset aliquando mouere aliquando non mouere velocius aliquando tardius sed ad hoc responderet Aristoteles quod sicut voluntas nostra non dicitur libera ex eo quod potest peccare et velle peccare sed ex eo quod potest bene agere ex sui gratia Aristoteles sic diceret quod simpliciter et summe liberum dicitur non quia potest in opposita sed quia est et agit sui ipsius gratia sic enim loquitur Aristoteles de libertate in problemo methaphysice volens probare methaphysice esse scientiam suam liberam dicit enim sed ut dicimus homo qui suimet et non alterius gratia est sic et hoc sola libera est scientia sola hec suimet ea est et certum est quod sic de solis est liberz sola dei voluntas libera est ut diceret aristoteles

non posset tardius mouere vel velocius suum primum mobile et Aristoteles etiam solusset rationes factas in principio questionis de prima enim dictum fuit satis si actus infiniti durationis in mouendo repugnat esse in magnitudine. ¶ Ad secundam dixisset Aristoteles quod si fortis est bonus secundum mores et sit debilis quantum ad scientiam vel quantum ad arte domesticorum verum est dicere quod iste clericus est bonus et quod iste domesticus est bonus et tamen non est verum dicere quod iste est bonus clericus vel bonus domesticus quod hoc nomen bonum solitarie predicatum de nomine supponente pro homine significat quod sit bonus secundum mores quod illa est principalis ratio bonitatis in hoc secundum commune vsum vocabuli licet forte non sit ita secundum propriam tatem vel quod dictum est in moralibus quod in virtutibus moralibus non consistit humana felicitas si quod hoc nomen bonum predicatur cum additione de bono supponente pro homine non significat quod sit bonus secundum mores si significat bonitatem disponis significare per additum vel bonitatem clericature vel artis domesticorum ita sicut michi videtur principalis ratio infinitatis in deo est infinitas secundum perfectionem essentiali ideo omnis oppositio in qua predicatur hoc nomen infinitum solitarie supponitur de nomine supponente pro deo significat quod sit infinitus et est concedenda sed non oportet ita esse si sumatur cum additione ille ergo sunt concedenda deus est infinitus duratio dei est infinita vigor dei est infinitus si Aristoteles non concederet quod deus est vigor in finitus imo est vigor finitus quous sit duratio infinita et perfectio infinita et nego illam formam arguendi de infinitate durationis et illa duratio est vigor igitur est infiniti vigoris sicut iste fillus negaretur fortis est bonus et ille homo est clericus igitur est bonus clericus sed in istis fillis expositoris qui fiebant conclusio conceditur si vigor dei est infinitus si non est vigor infinitus tertia ratio preedit via sua secundum predicta. ¶ De ratione et hinc dictum fuit prius quod absurdum est dicere quod prima causa infinitatis motus debet preparari ad illam infinitatem motus qui non est possibilis. ¶ Sed egi dicit non arguit nisi per infinitatem actuali secundum durationem in mouendo. Ultima ratio capit unum falsum si sit infinita distantia entis ad non ens immo nulla est distantia entis ad non ens et si esset aliqua tamen illa non esset nisi ex parte entis id non esset infinita nisi illud ens esset infinitum. ¶ Tamen non obstante tali opinione Aristotelis et pimentatoris ego fide pura credo quod deus est infiniti vigoris et quod omni mobili dato posset mouere et creare materiam mobile in duplo et in centuplo et in quacumque proportionem posset dicere et sic de velocitate sed hoc nescirem demonstrare ex principis euidentia habentibus ex sensatio. ¶ Et ad rationem in oppositum respondendo ad primam dico quod licet non appareant nobis ad sensu tales operationes tamen ex sacra scriptura habemus quod deus creauit mundum etc. ¶ Ad aliam dico quod in tertio huius loquebatur Aristoteles de infinito secundum diuisionem vel apponem magnitudinis. ¶ Ad aliam dico quod finis gratia cuius alia sunt non repugnat infinitas secundum perfectionem vigorem et durationem bene tamen conceditur quod sicut deus est finis sic non est carentia finis. ¶ Inconueniens commentatoris neganda est.

¶ Sequitur duodecima questio.

Queritur duodecimo utrum projectum post egressum a manu patientis moueatur ab aere vel a quo moueatur arguitur quod non moueatur ab aere quod aer magis videtur resistere cum oporteat ipsum diuidi et iterum si dicatur quod proiectus in principio mouebatur projectum et aerem propinquum cuius eo et quod ille aer motus mouet ultra projectum ad tantam distantiam reuertetur quod habitatio a quo ille aer mouetur postquam proiectus desinit mouere tanta enim est de hoc difficultas sicut de lapide projecto.

Oppositum dicit Aristoteles in octauo huius sic amplius nunc quidem projecta mouentur projectu non tangente aut propter antiparitalitatem sicut quidam dicunt aut ex eo quod repellit pulvis aer velociter motu quod latius pulvis secundum quam fertur in propinquum locum et idem ipse determinat in septimo huius et in isto octauo et in tertio celi. ¶ Ista questio iudicio meo est valde difficilis quia Aristoteles put michi videtur non determinauit eam Aristoteles enim tangit duas opiniones. ¶ Prima est quam vocat per Antiparitalitatem quod projectum est velociter a loco in quo erat et natura non permittens vacuum mittit velociter aerem post ad replendum qui sic velociter motus et attingens projectum pellit ipsum ultra et sic continue versus ad certam distantiam si hanc conclusionem Aristoteles non approbat sed reprobatur dicens in octauo huius Antiparitalitatem simul omnia moueri facit et mouere quod sic videtur esse intellegendum quod si non ponatur alius modus quam dicta antiparitalitas oportet post ipsum projectum sequi omnia corpora et tandem celum sicut enim projectum recedit a loco in quo erat et oportet corpus posterius sequi et ita illud corpus sequens recedit a loco in quo erat et sic oportet iterum aliud corpus sequi et sic semper sed statim posset dici ad hoc sicut dicitur de processu ab anni in quarto enim libro arguebatur quod non posset esse motus rectus sine vacuo nisi omne corpus a quo ante moueretur cum non posset esse penetratio corporum. Ad hoc autem soluebatur quod fit condensatio quedam corporum anteriorum propter quod non oportet omnia ab ante cedere et ita diceremur hic quod fit quedam rarefactio corporum posteriorum id oportet omnia ad retro sequi. Sed non obstante tali solutione videtur michi quod ille ponendi modus nichil valebat propter multas experientias. ¶ Prima est de troco et mola fabri que longo tempore mouentur et non exeant a loco ideo non oportet sequi aerem ad replendum locum a quo igitur mouentur huiusmodi trocus et mola non potest dici secundum illum modum. ¶ Secunda experientia est si lancea proiceretur habens conuolutum posteriorum ita acutum sicut priorem non minus moteretur quam si non haberet conuolutum posteriorum non acutum et tamen aer sequens non ita posset pellere acutum quam facilius ab acutius diuidetur. ¶ Tertia experientia est quod nauis in flumine etiam contra fluxum fluminis velociter tracta non potest dici patiari si longo tempore mouetur cessante trahente et tamen nauis existens sursum non sentit aerem a retro pellem illam si solum sentit aerem ab ante resistentem. Et iterum si dicta nauis sit onerata feno vel lignis et hoc sit retro coniugatus oneri si aer esset tantum impetus quod posset illam nauem sic fortiter pellere ille homo valde violenter proimeretur inter illud onus et aerem sequentem quod exigitur saluum vel saltem si nauis esset onerata

feno vel straminibus ille aer sequens et pellens plica
ret festusque esset in parte posteriori quod totum est
falsum: ¶ Illa opinio quā videtur Aristoteles appro-
bare est quod piciens cum proiecto mouet aerem. primum
illi proiecto et ille aer velociter motus habet virtutes
mouendi illud proiectum non sic intelligendo quod idē aer
mouetur de loco pictionis vsque ad locū ad quē ces-
sat projectū s; quod aer cōiunctus picienti mouetur a pi-
ciente et ille motus mouet alium sibi proximum et ille
aliū vsque ad certam distantiam primum ergo aer mo-
uet projectū in secundum aerem et tunc in tertium et
sic deinceps ideo dicit Aristoteles quod non est vnus mo-
uens s; multa adiuncti sunt ideo etiam dicit quod non est
motus cōtinuus s; pūr entium aut tangentium. ¶ Sed
sine dubio ista opinio et ille modus videtur michi equi-
possibilis sicut opinio et modus precedentis opinio-
nis nam per istum modum non posset dici a quo tro-
cus vel mola fabri veritur remota manu quā si linea
mine abstergeres aerem propinquū molevndus non p-
pter hoc mola cessaret ab illo motu s; longo tempore
mouere. Igitur ab illo aere non mouetur. ¶ Item nauis ve-
lociter tracta mouetur longo tempore cessantibus trahē-
tibus et aer circumstantis non mouet eā quod si esset linea
mine coapta et auferretur lineam cum aere qui cir-
cūstat non propter hoc cessaret nauis a suo motu et
etiam si nauis esset onerata fenovel straminib; non mo-
ueretur ab aere circumstante tūc ille aer plicaret festu-
cas exteriores ab ante et contrariū apparet. Imo plican-
tur ab retro propter aerem circumstantē resistētē.
¶ Item aer quācumque velociter motus est facilliter
diuisibilis quomodo ergo sustineret lapidē ponderis mil-
le librarum. plectum in funda siue in machina non ap-
paret. ¶ Item eque velociter vel velocius tu per ma-
num tuam posses mouere aerē primum si nichil tenes
res in manu sicut si teneres lapidē in manu quē tu vis
proicere si igitur ille aer er velocitate sui motus sit tan-
ti impetus quod possit illū lapidē mouere velociter vide-
tur quod si ergo versus te impellerē aerem eque velociter
ille aer deberet te impetere et valde sensibiler impelle-
re et hoc non pcepim; ¶ Item sequitur quod tu pliceres
longius plumā quā lapidē minus graue quā magis gra-
ue magnitudinibus et figuris pibus et hoc expitur ef-
se falsum pnia manifesta est quod facillius aer motus susti-
neret vel portaret vel moueret plumā quā lapidē et le-
uius quod grauius. ¶ Item reuerteretur questio a quo ille
aer mouetur postquam piciens cessat mouere et ad hoc re-
sponderē cōmentatores quod ille aer mouetur a sua leuitate
quod aere moto est in nata retinere vel motuā vñ sic son-
per motū aeris tūc ter multiplicatur ad longā distan-
tiam imaginandum esset sicut de aqua si quis em in
aqua stagni quiescētis proiciat lapidē aqua in quas
cadit lapis mouet vndas aliam aquā sibi propinquā
et illa aliam ita quod videmus fieri in vnda cōmunes cir-
culares succelline vsque ad ripas sic igitur et in aere sit
huiusmodi inundationes et tanto veloci; quod aer sub
tilior est et facillius mobilis. ¶ Sed contra hoc obici-
tur quod leuitas non est in nata mouere nisi sursum et p-
ctio potest esse ad omnem partē siue sursum siue deor-
sum siue vndas ad latus iterum illa leuitas vel est illa
eadem quam habebat aer ante pictionē et qua rema-
nebit sibi post vel est alia res siue alia dispo; impressa ae-
ri moto a piciente quā dispo; pmentator voluit no-

minare leuitatem si non sit nisi leuitas que aū erat et
que remanebit post tunc ita aer ante tempus pictionis
habebat illam virtutē motuā sicut in tpe plectionis
igitur ita debebat mouere ante sicut post quod in natura
libus actū appropinquatum passio debet agere et agit
si vero alia res vel alia dispo; imprimatur aeri a piciente
te que sit motuā aeris ita possumus et debem; dicere
quod lapidi vel alteri pecto imprimatur talis res quod est vir-
tus motuā illius plecti hoc apparet melius quod recur-
rere ad hoc quod aer moueat illud plectum magis enim
apparet resistere ideo videtur michi dicendum quod mo-
tor mouendo mobile imprimat sibi quendam impetum vel
quandē vim motuā illi; mobilis ad illā partē ad quā
motor moueat ipsum siue sursum siue deorsum siue la-
teraliter vel circulariter et quod motor mouet illud mo-
bile velocius tanto imprimet ei fortius impetum et ab il-
lo ipetu mouetur lapis postquam piciēs cessat mouere s;
per aerem resistētē et per grauitatem lapidis inclinan-
tem ad pteritum eius ad quod ipetu est natus mouere
ille impetus cōtinue remittitur ideo continue fit motus
illius lapidis tardior et tandē ita diminuitur vel corru-
pitur ille impet; quod grauitas lapidis obtinet super eū
et mouet lapidē deorsum ad locū naturalem siue mo-
dus apparet michi tenendus eo quod alii modi non ap-
parent veri et etiā quod huius modo oīa apparentia cōfo-
nant. ¶ Si quis em querat quare picio longius lapidē
quā plumā et ferrum plumbū manu apponatur quod tū-
tūdem de ligno dicā quod causa huius est quod receptio om-
nium formarum et dispositionum naturalium est in ma-
teria et ratione materie ideo quāto plus est de materia
tanto illud corpus plus potest recipere de illo impe-
tu intensius modo in densior graui ceteris parib; est plus
de materia prima quod in raro et leui ideo densius et gra-
ue plus recipit de illo impetu et intensius sicut etiam
ferrum plus potest recipere de caliditate quod lignū vel
aqua eiusdem pntatis plumā autē ita remissius recipit
talem impetum quod statim talis impetus ab aere resi-
stente corrūpitur et ita etiā si eque velociter mouean-
tur a proiciente lignū leue et ferrū graue eiusdem pnti-
tatis et eiusdē figure ferrum longius mouebitur quia
imprimatur in eo impetus intensior qui non ita cito cor-
rumpitur sicut corrūperetur impetus remissior et hoc
est etiam causa quod difficilius est quietare magnā mola
fabri velociter motam quā parua. ¶ Item in magna ceteris
paribus est plus de ipetu et propter idem tu posses lo-
gius plicere lapidē de pondere libe vel semilibre quā
tu posses millefimā partē eius impetus em in illa par-
te millefima est ita putis quod statim ab aere resistente de-
uincitur et ex hoc etiā apparet causa quare motus na-
turalis grauis deorsum cōtinue velocitatur nā a prin-
cipio sola grauitas mouebat ideo mouebat tardius s;
mouendo imprimatur ipsi graui impetum quod quādam im-
petus iam mouet cū ipsa grauitate id fit motus veloci-
or et quod fit velocior tanto fit impetus intensior ideo
continue apparet motum fieri velociorem et ille quāle
saltare longe retrocedit ad curendū velociter ut cur-
rendo acgrat sibi impetum deferentē ipsū in saltu ad
longius spaciū vñ ille sic currēns et saltans non sen-
tit aerem mouentē ipsum s; sentit aerem ante fortiter
sibi resistētē et etiam cum non apparet ex biblia quod
sint intelligentie que appropriate moueāt corpora ce-
lestia posset dici quod non apparet necessitas ponendi hu-

iusmodi intelligentias quod diceretur quod deus quā creatur
mundum vñ quēquē orbium celestium mouit sicut sibi
placuit et mouendo eos impressit sibi impetus mouen-
tes eos absque hoc quod amplius moueret eos nisi per mo-
dum generalis influentie sicut ipse concurrat coagen-
do ad omnia que aguntur sic em septima die requie-
uit ab omni opere quod patrarat pmitendo aliis actio-
nes et passionē adiuncte et illi impetus impressi cor-
poribus celestibus non postea remittebatur vel corru-
pebatur quod non erat inclinatio corporum celestium ad
alios motus nec erat resistētia quod esset corrūptiua vel re-
pressiua illius impetus sed hoc non dico assertiue s; vt
a diuinis theologis petas quod in illis doceat me quomodo
possunt hec fieri. ¶ Sed tamen circa hanc opinionē sunt
difficultates non pue prima difficultas est quod scdm di-
ctā lapidē plectus sursum mouetur a principio intrinseco
s; ab illo impetu sibi impresso et hoc non videtur esse ve-
rum quod ille motus ab omnibus cōceditur esse violentus
et tamē volentū non est a principio actiue intrin-
seco s; extrinseco vt habetur tertio huius. ¶ Secūda
difficultas est que res sit ille ipet; vñ sit ipemet mo-
tus vel alia res et si sit alia res vñ sit res pure suc-
cessiua vel alia res sit res nature formalis disconueniens quo
modocūque em dicatur rōnes apparet ad contrariū dif-
ficles. ¶ Ad primam difficultatem potest dici quod gra-
ue projectum sursum bene mouetur a principio intrin-
seco sibi inherente et tamen dicitur moueri violentē
ideo quod illud principū. ¶ Ille impetus est sibi violentus
et inatur alius quia sue nature formali disconueniens et
a principio extrinseco violentē impressus et quod natura
ipsius grauis inclinatur ad motum oppositū et ad corru-
ptionem ipsius ipetus. ¶ Ad scdm difficultatem que
est valde difficilis michi videtur respondendum ponē-
do tres cōclusiones. ¶ Prima est quod ille impet; non ē
ille motus localis quo plectum mouetur quod ille impe-
tus mouet projectū et mouens facit motum igitur ille
impetus facit illū motum et idem non facit seipsū ergo
et c. ¶ Item cum omnis motus sit a motore presente et si-
mul existente cum eo quod mouetur si ille impetus esset
motus oporteret assignare motorem aliam a quo esset
ille motus et reuerteretur principalis difficultas ideo
nichil proficeret ponere talem impetum. ¶ Sed aliqui
cauillant dicentes quod prior pars motus que facit pro-
tectionem facit partem aliam motus psequenter se has-
tentem et ille aliam et sic vsque ad cessationem totalis
motus sed hoc non est probabile quia faciens aliqd d-
esse quando illud fit s; pars prior motus non est quā-
do posterior fit sicut alias dicebatur ergo nec prior est
quando posterior fit et ista pnia ex hoc patet quando
alias dictum est quod motum esse nichil aliud est quod ipet;
fieri et ipsum corru; p vnde motus non est quando fa-
ctus est s; quādo fit. ¶ Secūda cōclusio quod ille ipet;
non est res pure successiua quod talis res est motus et si
hic cōuenit diffinitio motus sicut dictum est alia et mo-
dictum est quod ille ipetus non est ille motus localis. ¶ Item
cum res pure successiua pntue corrūpatur et fiat ipsa
indiget cōtinue factore et non posset assignari factor
illius impetus qui esset simul cum eo. ¶ Tertia cōclu-
sio est quod ille impetus est res nature pmanētis distin-
cta a motu locali quo illud proiectum mouetur hoc ap-
paret ex predictis duabus cōclusionibus et ex pceden-
tibus et verisimile est quod ille impetus est vna qualitas

innata mouere corpus cui impressa est sicut dicitur quod
qualitas impressa ferro a magnete mouet ferrū ad ma-
gnetem et etiam verisimile est quod sicut illa qualitas mo-
bili cum motu imprimatur a motore ita ipsa a resisten-
tia vel inclinatione cōtraria remittitur corrūpitur vel
impeditur sicut et motus et sicut lucidus generans lu-
men generat lumē reflexiue ppter obstaculū et ille im-
petus ppter obstaculū mouet reflexiue vñ est ta-
men quod bñ concurrat cum illo impetu alie cause ad ma-
iorem et longiorē reflectionē vñ gratia pila de qua
cum palma ludimus cadens ad terram alius reflectit
tur quod lapis licet lapis velocius et ipetuosius cadat su-
per terram et hoc est quod multa sunt curuabilia vel in-
tra se cōpessibilia per violentiam que velociter ex se in-
nate sunt reuerti ad suam rectitudinem vel dispo;em
sibi conuenientē et sic reuertendo possunt ipetuosē pel-
lere vel trahere aliqd reuerti sibi cōiunctus sicut apparet de
arcu sic ergo pila proiecta ad terram duras pprimuntur
in se ppter impetum sui motus et immediate post ictum
reuertuntur velociter ad suam pperitatem et tandē se sur-
sum ex qua eluatione acqrit sibi impetū mouentē eā
ad longā distantiam sic etiā corda cythere fortiter tē-
sa et percaussa remanēt diu in quadā tremulatione ex
qua aliquo notabili tempore continuatur sonus eius et
hoc fit ita quod ex ictu incuruatur violentē ad vnā par-
tem et ita velociter reuertitur ad rectitudinem que pro-
pter impetum trāsit vltra rectitudinem ad partem cō-
trariam et tunc iterum reuertitur et sic multotiens ex
consimili causa campana postquam pulsata cessat trahere
mouetur longo tempore modo ad vnā partem modo ad
aliam et non potest facilliter et cito quietari hec stric-
ta in hac questione et gaudeat aliqui ea intuerē
viam probabiliore et c. et sic est finis.

Queritur tertiodecimo vtrum pri-
mus motor est diuisibilis et nullam habēs
magnitudinem arguitur quod habet magni-
tudinem quod primus motor qui est deus est sua potētia
et sua duratio s; potentia dei est magna imo maximā
omne magnū h; magnitudinē similiter duratio dei
est magna imo infinita ergo et c. ¶ Arguitur etiam quod pri-
mus motor est diuisibilis quod primus motor excedit alios
motores in perfectione et tamē dicitur in quarto huius
tas quod omne excedēs alteri diuiditur in illud quod exce-
dit vel saltem in sibi equale et in illud in quo excedit.
¶ Item primo motori deo attribuantur multa p-
dicata diuersa et non simonimā sic illa pdicata sunt di-
uersa et non simonimā et cū illa diuersitas rōnum non sit
ita oportet quod ei cōrespondēat diuersitas in re s; non
potest esse in deo diuersitas talis nisi ipse sit diuisibilis
in illas res diuersas igitur et c. ¶ Item conceditur intelli-
gere et velle et mouere celum et ista sunt diuersa quod de
eis verificantur pdicata ptradictoria vt quod deus intel-
ligit et bona et mala s; non vult mala et etiā intellige-
re et velle sunt act; immanentes et mouere non est act;
immanens igitur in deo est diuersitas. ¶ Et hoc cōfir-
matur quod in duodecimo metaphysice Aristoteles loquēs
de appetitu et intelligentia dei dicit quod ipsius appeti-
tū principium est esse intelligentiam s; non possit esse pri-
cipium et principatū sine diuersitate igitur in deo est
diuersitas et per pnia vt dicebatur deus est diuisibilis
in illa diuersa.

Oppositum concludit Aristoteles in fine huius octavi dicens manifestum itaque quod indivisibile est impartibile et nulla habens magnitudinem et in duo decimo metaphysice dicit ipsi esse simplices et nullatenus esse compositum. ¶ Notandum est quod hoc nomen magnitudinis proprie et primo impositum est ad significandum dimensionem seu extensionem scilicet quia aliquid habet partes situatim extra invicem et sic species magnitudinis ponuntur esse corporis superficies et lineae quia omnis linea et vel superficies est corpus ideo sic omnis magnitudo est corpus. ¶ Sed contra et transumptive illud nomen magnitudinis ampliatum est ad significandum intensiorem forme ut quod forma magis intensa dicatur maior intensius sic in scintilla ignis dicitur esse maiore caliditate intensius quod in magno aere. ¶ Et similiter ampliatum est illud nomen ad significandum successione magnitudinis ut in tempore et motu et huius intensiorem propinqua est magnitudo durationis puta dicitur illud esse maius secundum durationem dicitur quod maiori tempore coexistit et isto modo et non aliis dixisset Aristoteles deus esse infinite magnitudinis si secundum durationem et in essendo et in movendo quia in infinitum tempus fuisset aliter etiam applicatur nomen magis ad magnitudinem potentie puta potentia dicitur magna non solum in eadem demonstratione sed extrinseca a magnitudine corporis illa est potentia vocatur maior que potest in maiore operationem quia tam men potentia sit indivisibilis et sic dictum est deum esse infinite magnitudinis est enim maxime infinite potest et in secundum durationem et secundum vigorem huius Aristoteles in fine huius octavi loquebatur de magnitudine proprie dicta quod est diminutio sine extensio corporis. ¶ Sic enim dicendum est cum Aristoteles quod primus motor nulla habens magnitudinem qua sit extensio habens partem extra partem situatim quod probat Aristoteles quia si haberet magnitudinem vel haberet finem vel finem non finem quia nulla est talis nec finis quod ipse est infinite potest talis finitate cui repugnat esse in magnitudine finita sicut ante dictum fuit igitur et ex hoc etiam sequitur quod primus motor est impartibilis et indivisibilis in indivisibilibus opposita divinitate partes situatim extra invicem existentes et etiam ex determinatione Aristotelis in duodecimo metaphysice sic potest ostendi quod primus motor sit omnino simplex et indivisibilis supponitur enim quod ille motor sit prima causa et primum ens et quod nichil aliud sit causa eius ex hoc etiam sequitur quod non est compositus ex partibus diversarum rationum quod ipse non esset prima causa tales enim partes sunt cause totius vel saltem una est causa alterius et sic ille partes essent cause priores vel saltem illa que esset causa alterius esset causa prior. ¶ Tres supponitur ex duodecimo metaphysice quod primum ens debet simpliciter omnino esse perfectissimum nec aliquid includere debet de sua essentia quod non sit simpliciter perfectissimum et optimissimum autem tale potest esse oppositum quod compositum includit de sua essentia plures partes et non est possibile quodlibet eorum esse ens simpliciter perfectissimum et optimissimum vel vnde esse perfectione alterius vel saltem totum esse melius.

Ad rationes ad primam concessa est infini-

ta magnitudo divine potentie et durationis sed non magnitudo extensionis. ¶ Ad aliam dico quod illa auctoritas de compositis excedens erat intelligenda in mensuris et mensurabilibus vel in his quibus excedens et excessum sunt invicem proportionabilia certa et determinata proportionem sic autem non est de excessu dei ad alia entia. ¶ Ad aliam debet videri duodecimo metaphysice quod diversitas ex parte correspondens diversitati predicatorum deo attributorum non est in deo sed in nobis et aliis mediantibus quibus nos devenimus in noticiam ipsius dei et de hoc aliquantulum dictum fuit in primo libro ubi dictum fuit de appetitu materie. ¶ Ad aliam dico quod isti termini deum intelligere deum velle supponunt eodem nec de ipsis verificatur malum imo est res optima quia deus cum isti velle opponitur talis determinatio intelligere et movere differunt secundum rationem ideo vnde apponitur talis determinatio que non apponitur alteri sicut diximus prius quod licet duratio dei et vigor dei sint idem tamen diceret Aristoteles quod deus est duratio infinita et non vigor infinitus huius finitus quando etiam dicitur quod intelligere est actus in manere et movere actus transitus deum neutrum est actus transitus in alium in motum est ipse deus huius motus quo deus movetur bene est actus in alio intellectio autem qua deus intelligit non est actus in alio. Sed est ipse deus et sic ille motus non est illa intellectio licet movere est intelligere quando etiam dicitur quod deus intelligentia est causa vel principium appetitus illud non est concedendum de proprietate sermonis sed ad istum sensum hoc dicitur quod prior est ratio a qua fuit impositum hoc predicatum intelligere vel intellectus quia ratio a qua sumitur appetere vel appetitus et causa est quia in nobis prior est naturaliter actus intelligendi quod actus volendi et mediante noticia horum actuum in nobis nos venimus in noticiam dei quod ad huiusmodi predicatum et est credendum quod dicta dei simplicitas et impartibilitas non derogat trinitati personarum simul esse est deus simpliciter sine oppositione aliqua et vnde et trinus quod est benedictus in secula seculorum amen.

Ad laudis preconio. Statius patre celebrat quod polyciphrontis poete greci tenebras tenebrosas sine errore incederet. Sed profecto nos hic Buridanus hoc in suo de naturali philosophia opusculo quod nunc tandem mi Joannes tua opera pre manibus habemus laudem est assequutus tanto maiorem quanto plus est atque sublimius penitus natura secreta depromisset abditissimas latentes rerum causas in tantum aperuisse quod vel vnius vel alterius poete sensu reconditissima dilucidasse. In his liquidem octo suis libris veluti ociosa rerum indagine exquirat vestigat et dissolvit quid verum sit quid falsum quid possibile quid non quid necessarium quid apparatus rerum omnium vicissitudines quid denique in cellis quid in terris homines et sint et agant. Quod sit ut magis mireris tam preclara tamque citu dignissima tanti viri monumenta inter blattas et tineas paucis admodum phye professoribus cognita hactenus delituisse. Quum etiam inter eos nonnulli clandestina furatrina in suam multa vertentes commodum sibi tantum (quod dicitur) et mus canerent et Authorem sua laude et gloria defraudarent ac studiosos iuvenes multilingua doctrina privarent. Sed vereor ne istorum furta aliquando deprehendantur et quod ait ille. Ne si forte suas repetitum venerit olim. Sere autem plumas moneat cornicula rufum. Furtivis nudata coloribus. Quare ro solus mi suavisime Joannes tanquam tutor humanissimus. Buridanus itaque temporis incuria pene intermortuum et deperditum quasi alter Hercules ab inferis ad superos eduxisti ab vmbis in lucem non sine quidem ingenii studiosorum gaudio. his diebus renocasti et a pluribus mendis pulchre vindicasti. Impefforibus tradidisti formis excudendum in vulgum et eodem videlicet pacto de reliquis viri operibus. Id est de celo et mundo de generatione et corruptione methexis et prope diem facturus ubi per occupationes tuas licuerit que nunc certe temporis ut his meis in horas video oculis te pene obmutui. Cum presertim hoc anno phye appetitores et candidatos quibus assidue vacas nec sine celebri et frequenti auditorio tua in cura de formandis tibi meritisimo crediderit prudentissimus noster primarius Robertus Jacquinotus vir sane in divinis litteris perbel le eruditus (quod ut de illo versiculo colligam vnde vnde decimus absolutissimus non in iuria rumificat omnes quo certe moderatore vigilantissimo nulla propter hanc nostre beluacorum cymba precella est perimenda. Sed quia hanc tantam rerum molem sustineas illa tamen apud te temporis est parcimonia ut plurimum emulabundus omne ne tempus perire arbitreris quod litteris non impeditur. Succisus igitur horis ut alunt et subsecundariis aut nota cudas aut vetera recognoscis. Alberti illius qui non inmerito magni sibi cognomentum invenit opera nunquam tibi excedant e manibus. Quamvis vero in aristotelis lectione profeceris argutissime ille tunc in eundem questione. ut de his sileamus que nunc egregium illud tui parturit ingenium facile perdocent quibus sane ut videre est nichil acutius nichil ingeniosius (absit invidia verbo aut fingi aut excogitari potest. Quid igitur mirum si ex tuis vmbaculis discipulos suavisissimis phye liquoribus suffraginatos et plane ingurgitados prodire videamus. Sed ne forte nostra hac epistola tui laudandi captasse occasione cuius videar prestat vela complicare si hoc vnde addidero. Egeia indole iuvenes Carolaminnense philicolum garinum Caroli raphelini Joannem grimum reliquosque omnes quos sub isto quoque versillo superiore estate stipendia fecisse litteratoria non ignoras precibus cura impensione opera et studio diligentiori in nectareo illo tuo phye fonte erudire ne sit molestum. Vale et Guidonis tuum ama mutuis Ex florentissimo beluacorum gymnasio octo non calendis novembres anno ab orbe redempto. MD. XL.

Nicolai garini diocesis suessionensis de castro theodoroico Carmen.

Argumentum.

Abstrusus latuit dudum liber iste latebris
Qui modo gaudens prodiit arte viri.

Ad lectorem.

Aberior quondam fecundas vinea monte
Aprico fundebat opes. Ast vertice tandem
Celestes penetrare vias incepit ameno
Sydereos cursus peragrar et flexibus altum
Obliquis inuoluit iter, vel in astra virescens
Exeruit subline caput/placidumq; cacumen
Semiputata diu/cum iam succresceret eum
Frondebis incultis lacuit renouare quotannis
Pampineas radice comas cessabat inerti
Putrescunt bacce, foliis curuata repandis
Inclinabat humi steriles propago lacertos
Attamen ecce nouus gaudensibus aduenit ordo
Altitcola: et tante suauis dulcedinis umbra
Captus/in hac residet tepida spiraminis aura
Tranquilli afflatus/dextris excerpit opimos
Immissis frectus: capido quos admoet oxi
Sic stirpem egregerens/subtili industrinis arte
Hanc curare parat/sarmenta superflua matris
Dissecat inculte/compescitur horrida ferro
Luturna infuso/concelsis vitibus aptat
Fragineasq; fudes/et recto tramite furcas
Hoc buce circumdat latis amplexibus orbem
Atq; racemifera renouatus ab arbore ramus
Pullulat: et grauidus rubicundas palmitis botris
Mititur/etheresi palmis transcendit olympum
Explicitis: redolet fragranti vitis odore
Composita: et circum turgentia pinora pendent
Cum inbet abscessas doctus vindemitor vias
Ille premi: vintum minima qd venditur ere
Eysage nectareus cupiens haurire liquorem
Hoc precor inspergas arenia guttura potu

Petri Siatiani belallo middelburgensis ad condiscipulum Matheum per valentinensem carmen tumulmarium.

Ardus dedalli spernas monumenta laboris
Et latitans scabui linque xenonis opus
Huc tua transmutas animoso pectore vota
Nam faciles tribuit blanda mineris vias
Betica q; doctos emisit terra sophistas
Astra valentinum celica nomen addit
Aspice per varios neglecta volumina soles
Egregie arguto iam renouata vides
Astra igitur logices te oblectamenta moerentur
At pateant menti vera probata vale

Hic finem accipiunt questiones reuerendi magistri
Iohannis buridani super octo phisicorum libros im
presse parhisis opera ac industria magistri Petri le
dri Impensis vero honesti bibliopole Dionisii ro
ce sub diuo martino in via ad diuum Iacobum Anno
millesimo quingentesimo nono octauo calendas no
uembres.